



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Linda Mariana, Sive De B. Virgine Lindensi**

**Clagius, Thomas**

**Coloniae Vbiorvm, 1659**

Liber III. De Lindae Marianae vindicijs, instaurato sacello, & rebus ad  
annum MDCXXX. gestis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11544**

## LIBER III.

*De Lindæ Marianæ vindiciis, instaurato sacello,  
& rebus ad Annum MDCXXX.  
gestis.*

## CAPUT I.

*E squalore & vastitate Lindæ Marianæ, Catholicorum & omnium  
piorum squalor; recuperandæque ac restaurandæ Lindæ  
desiderium.*

**Q**Uanquam sacer Lindæ Marianæ locus,  
per integros propè centum annos, nun-  
quam siue beneficiorum divinorum, siue  
variorum miraculorum ac prodigiorum,  
quemadmodum vidimus, luce desit coruscare: ipse  
tamen, qui oculos everberabat, loci squalor atque  
vastitas, non poterat omnibus piis non afferre singu-  
larem animi squalorem atque tristitiam. Si enim ex-  
terorum à lectariis adhuc occupatarum ac polluta-  
rum ædium aspectus, etiamnum gravem animis do-  
lorem affert, quidni illa tam sæda & tam diuturna  
sacræ Lindæ vastitas afferret? Quantò enim Lindæ  
aliis siue Templis, siue locis sacris, miraculorum, be-  
nificiorumque divinorum splendore, clariùs effulsit,  
tanto illa, quàm loci squalor, non animis modò ve-  
rùm & oculis spectantium incutiebat caligo atque  
tenebræ, graviore accidebant. Non deerant, qui  
cum Rom. Oratore tot urbium ac Templorum, cum  
dolore spectarent ac miserarentur cadavera (quid  
enim ea spiritu ac vigore veræ religionis destituta  
aliud,

Q 2

aliud,

aliud, quàm cadavera censueris ? ) haud magnopere spiritum illum desiderabant Lindæ, ubi ob ingentem loci religionem abesse spiritum non posse credebant, desiderarent nihilominus anxie ipsam quasi exterioris resurrectionem corporis, atque ad optatissimam (per vindicias restaurationemque loci) Anastasia anhelabant Neque spe excidebant suâ. Nimirum Arbor, foliis ac frondibus hiberno frigore decussis suâ nihilominus radice nititur; & dum in amœnitatis sui aspectum intuentibus objicit, futuri simul ventis & cum vere suæ amœnitatis atque gratiæ, fructuumque insuper spem facit; ad eum modum & Lindæ Mariana, quantumvis excisa ac desolata, nulla quidem folia aut frondes, nullam sui speciem aut amœnitatem, oculis spectantium objiciebat; objiciebat tamen animis, quasi altissimè fixas humi radices; quibus loci religio & perennis illa miraculorum beneficiorumque divinorum ita nitebatur ubertas, ut neque temporum vetustate atque injuriis, neque tot tantis adversariorum molitionibus aboleri possent aut extirpari. Quæ, si quis apud se animo verè lavet atque insuper illa, quæ divina sapientia de se (a) predicat, mysticè cum SS. Patribus ad DEIPARAM transferre voluerit; profectò quemadmodum vultus quasi pro imperio Deiparæ Virgini demandatum audiet, *in Iacob inhabita, & in Israël heredita: & in electis meis mitte radices*: ita quoque v. 16. quasi respondentem pariter Deiparam audiet; *radicavi in populo honoris: sicut: sive ut Tigurina legunt, in illi populo sum radicata.* Et quis, quæso, usquam sub celo popu-

(a) Eccli. 24.

lus illustris, aut populus honorificatus, nisi qui Catholicæ  
 gremio continetur Ecclesiæ? Et ubi aliàs, si non in il-  
 lustri hoc & honorificato populo, magna DEI Mater  
 radices egit, aut deinceps æternùm aget? Quod etsi  
 inter Catholicos semper, & ubique agat, singulari-  
 ter tamen iis locis agit, quibus singulares DEIPARÆ  
 Ædes beneficiis, miraculisque divinis redundantes,  
 coruscant Quibus locis, cum Linda Mariana, singu-  
 lari DEI benignitate accenseatur, nihil mirum, si eo-  
 dem in loco, tam altas, uti videmus, radices fixerit.  
 Neque etjam mirum cuiquam esse potest, si ex tanta  
 radicum firmitate atque constantia, firmam quoque  
 spem in Tilia Mariana Catholici omnes defixerint,  
 & cum venturo mox vere, restaurationis, amænita-  
 tis, atque fructuum maximam, quasi ante oculos po-  
 sitam, habuerint fiduciam? Quo tempore Arbor illa  
 Grandis, teste Daniele vate (a) admotâ divinitus bi-  
 peni succidebatur, continuò sanctum fuit de cælo,  
 (b) attamen germen radicum ejus, in terra dimittite: quo  
 nihil aliud fuit indicatum, quàm quod idem divinus  
 interpres (c) aiebat: Quod autem præcepit, ut relinqueretur  
 germen radicum eius, Regnum tibi manebit. Nunquid  
 multò æquiùs, quando illa magnæ DEI Matris ad  
 Lindam Regia, sacrilegis Iconoclastarum manibus,  
 divinâ id permittente providentiâ, excindebatur,  
 sancitum de cælo putemus, ut suum Deiparæ Re-  
 gnum eo loco integrum, & quidem tantò magis  
 maneret, quantò altiores eodem loco radices, pietas  
 erga DEIPARAM atque religio tot actis retro secu-  
 lis egerant? Quas quidem radices ita fixas, cum ho-  
 mines

(a) cap. 4. (b) v. 20. (c) v. 23.

mines Catholici intuerentur, non poterant non habere magnam, de renascitura quandoque Tiliae Marianae gloria, spem atque expectationem. Si enim reptantibus et jamnum super terram radicibus, & per fibras, terrae leviter immixtas, succum magis furantibus quam haurientibus, videas plerumque Arborem sensim prorumpere, & in virgultum ita surgere, ut brevi intervallo & gramen, & humi myricas, quibus aequo aliquandiu colludebat gradus, ac supereminus despectet; quin & in gemmas, fructes, ac surculos turgeat, & demum frondibus aciliis, propè ad lasciviam vestita, in flores & fructus non sine gravi sui met pondere exuberet; quid non expectandum fuit de Tilia Mariana, tam altis temper, & tam propè firmatis nixa radicibus? Et sane respondit ad extremum tantae expectationi, ut memorabitur, eventus.

## CAPUT II.

Simonis Rudnicii, pro refarcienda per Ducatum, & universalem fiam fide Catholicâ, egregii conatus; proque instauranda Linda Mariana primus labor atque industria.

Quod de magno Ecclesiae populi que Hebraeorum sacerdote, Simone Oniae filio usurpavit Syriae (a) videor mihi de Simone Rudnicio Varmiae Episcopo, triginta circiter ab hinc annis defuncto usurpare jure posse: *Simon sacerdos magnus, qui in sua suffulsi domum, & in diebus suis corroboravit Templum. Templi etiam altitudo ab ipso fundata est;* dicitur

(a) Eccli. 50.

adificatio, & excelsi parietes Templi. In diebus eius emana-  
 verunt putei aquarum, & quasi mare adimpleti sunt su-  
 pramodum. Qui prevaluit amplificare civitatem, &c. Er-  
 go Simon Oniæ suffulsi domum, quia Templum sub  
 auspiciis Darii Hystaspis Persarum Regis, à Zoroba-  
 bele & Jesu Pontifice reedificatum (a) quod cxxx.  
 annos utque ad Simonis Oniæ Pontificatum, multa  
 vel ab ipsis temporum injuriis & vetustate, contra-  
 xerat vitia, Peribolo, & substructionibus, aggestam  
 intramuros terram continentibus, firmavit. At verò  
 Simon Rudnicius, suffulsi itidem domum, quia Ec-  
 clesiam Catholicam, quæ secundum Apostolum (b)  
 est columna & firmamentum veritatis, nullo quidem  
 suo vitio, sed variis sectariorum molitionibus in  
 Prussia, præsertim verò in Ducatu, admodum incli-  
 natam, non tam peribolis aut aggestis terrâ substru-  
 ctionibus, quàm firmissimis pactorum convento-  
 rum sanctionibus, & novis Regum Reique publ. Po-  
 lonæ constitutionibus ita stabilivit, ut, cum pro suo  
 more Prædicantes (Joanne Behmio in orat. secul. &  
 alibi, Mislenrà in Manuali, Ducibus) Panolethtiam,  
 sive totalem Catholicæ in Ducatu religionis ruinam  
 jactarent, illa Simonis nostri curâ atque industria,  
 multò, quàm ante videri poterat, & stabilius sit ex-  
 plicata, & explicatiùs stabilita. Adhæc, ille altitudi-  
 nem Templi fundavit, cum duplici adificatione, & ex-  
 celsis parietibus; quia vel Templum in sublime, per  
 geminam contignationem extulit, vel in imum per  
 adjectas substructiones, & altissima earundem fun-  
 damenta, stabilivit: Iste verò quia Ecclesiæ Catholi-  
 cæ di-

Q 4

(a) 1. Esd. 2. (b) 2. Tim. 4.

cæ dignitatem, cum alibi, tum in contermino Præ-  
 fæ Ducatu, ita erexit, in sublime, ut simul firmissimam  
 quæ divini, quæ humani juris basibus ac fundamen-  
 tis perpetuum solidârit. Denique ut reliqua missa fa-  
 ciamus, & ad ea, quæ hujus loci propria sunt, acceda-  
 mus, *ille prevaluit amplificare civitatem*, non modo  
 quia Templum exedris, porticibus, cæterisque Tem-  
 plo adjunctis fabricis auxit; verum etiam quia ipsa  
 urbem Hierosolymam, tum plateis & domibus, tum  
 civibus & incolis (qui, ductis in Ægyptum, per Pe-  
 lemæum Lagi, centum viginti millibus, & antè  
 Seleuco per universam Asiam ubique sparsis, immu-  
 nuti admodum fuerant) augustiorem vastioremque  
 reddidit. Iste verò, quia non modò in Episcopat  
 Varmiensi erectis à fundamento, vel certè egregie  
 promotis Templis (quale Heilsbergæ S. Stanislai pro  
 Polonis, Seeburgi pro iisdem, alibi alia) sed etiam  
 adjuncto Ducatu, quæ ex iniqua sectariorum posses-  
 sione recuperatis, quæ etiam recens erectis Dei Ec-  
 clesiis, domum Dei plurimum auxit. Hoc enim ca-  
 po Rudnicii virtus maximè emicuit; ut, qui se Ec-  
 clesiæ Catholicæ Antistitem, atque ovium Christi-  
 anorum Pastorem, esse semper meminisset, semper, tum pro  
 restituendis ovium mandris, tum pro ovibus ad ma-  
 dras reducendis vigilaret. Et vigilavit sanè, non cura  
 ratè minùs, quàm feliciter & fortunatè. Nam, & ab  
 viri nobiles in Ducatu, Tempa in suis fundis posside-  
 (uti Berzevicii in Liffenau, vulgo *Lisnovvo*; Rivocit  
 Lentzko, Rosciszevii in Przelaug) Rudnicio vel pro-  
 cuncte vel adjuvante, exactis Pseudo-evangelicis  
 vicinibus, Catholicæ Ecclesiæ restituerunt; & ip-  
 sum

summâ plurium annorum contentione, tum Elbingæ, princepsurbis Templum, Catholicæ vindicavit Ecclesiæ; tum Regiomonti, ut novum à fundamentis excitaretur (quod hodieque, quanquam necdum ad coronidem latis deductum viget) pari jure atque labore pervicit. Sicut autem Elbingæ, exeunte Anno MDCXVII. recuperatam de manu Prædicantium Ecclesiam Parochialem ipse iteratò consecravit; ita quinquennio ante Regiomonti, primum ipse per se lapidem in fundamenta Catholici Templi, cum hac inscriptione jecit:

D. O. M.

In honorem DEI Omnipotentis, Beatissimæ Virginis MARIÆ, & omnium Sanctorum, nec non Patronorum Ecclesiæ hujus, SS. Andreae Apostoli, Joannis Baptista, Adalberti Episcopi & Martyris: Illustrissimus & reverendissimus Episcopus Varmiensis, D. Simon Rudnicii, hujus Ecclesiæ Ordinarius, lapidem hunc angularem consecratum, iuxta ritum SS. Ecclesiæ Catholicæ Rom. fundamentis imposuit, die XXII. Maii, Anno MDCXIV.

Sed hæc, aliaque id genus, maximo labore juxta ac felicitate perfecta, quanquam maxima essent, & ad Rudnicii immortalitatem nominis plurimum facerent; præ Lindæ Marianæ recuperatione atque restauratione minora semper censebat ipsemet Rudnicus. Hoc planè campo Hercules noster primum, hoc itidem fere postremum laborem; cum se starum monstris exantlavit. Posteaquam pridie Non. Novemb. currentis seculi Anno quarto, ad constantiam Varmiensis Collegii suffragia, in Episcopum Varmiensem, à Sigismundo III. est renuntiatus, & in sequen-

Q 5

te An

te Anno MDCV. Varmiam Dominicâ Palmarum  
 tanquam plurimarum Palmarum ex Hæresi aliisque  
 vitiis futurus victor, auspiciatò est ingressus, nihil ha-  
 buit antiquius, quàm ut eodem ipso anno citra o-  
 mnem moram, ad vindicandam è manibus adver-  
 siorum Lindam adjiceret animum. Extant in Tabu-  
 lario Collegii nostri Resse-liensis, inter alia Linda-  
 Marianæ monumenta, singulares de hac Rudolphi  
 contentione literæ. Quarum causâ operæ præciua  
 est, paulò altius negotium quàm brevissimè red-  
 diri. Ducatus Prussiae Anno MDXXV. jure Feudali  
 collatus est Alberto Marchioni Brandeburgico, et  
 primo Ordinis Theutonici in Prussia Magistro, a Si-  
 gismundo I. Poloniae Rege; admissus ad idem Feudum  
 jus, tribus ejusdem Alberti fratribus, Georgio, Cas-  
 miro, & Joanne (quartus enim frater Wilhelmus  
 Rigenstium egit Archiepiscopum) ita ut masculinâ Al-  
 berti deficiente stirpe, ad dictos fratres eorumque  
 hæredes jus illud devolveretur. Albertus è secunda  
 uxore, Maria Brunsvigia, reliquit hæredem Al-  
 bertum Fridericum; qui, patre in Japiau, matre vetò  
 giomonti simul eadem die, quæ erat vicesima Martii  
 Anno MDLXVIII. extinctis, in Feudum Anno  
 proxime sequente successit, & Privilegio, in Lublino  
 bus ejusdem Anni Comitibus dato, confirmatus.  
 Verùm cum ab ipso fere suscepti Regiminis exordio  
 ad MDCXVI. usque annum, quo defunctus est  
 Fischhusii mense Augusto, capitis animique agri-  
 dine ita laboraret, ut vulgo non nisi *heri infirmi* nomi-  
 meretur (a) Curatores illi, toto illo tempore co-

(a) Der blöde Herr.

stitui oportuit. Primus Curatorum loco admotus illi est, Anno eodem MDLIX. Georgius Fridericus, sive, ut à Commissariis Regiis (a) Anno MD CIX. vocatur, Georgius ab Anspach, tanquam Georgii ad Feudum initio admissi filius, & Alberti Friderici patrue-  
 lis, qui (quemadmodum ex libro Privilegiorum (b) constat, defuncto parente, primùm per Legatos, de-  
 inde verò ipse per se, jus Feudi Anno MDLXII. jam antè adierat. Georgio Friderico, & cum eo, Anspachianâ sive Franconicâ serenissimæ Domus Brandeburgicæ familiâ, circa Annum MD CIII. à Feudo juxta a seculo hoc decedentibus, altera Domus Brandeburgica, & quidem electoralis (quæ vulgo Marchiaca, à Commissariis verò Regiis in Cautione Anni MD C XII. die XXII. data *Onoldina* atque etiam *Culmbachiana* dicitur) primùm quidem per Joachimum Fridericum Electorem, in jus, ut vocant *Curatela*, deinde per ejusdem filium Joannem Sigismundum ejusque posteros, in ipsum Feudi jus successit. Prius tamen, quàm Domus Marchiaca & electoralis succederet, inter alias cum Sigismundo III. ac Repub. Polonâ conditiones, Anno MD CV. propositas, & à serenissimo Joachimo Friderico Electore eodem tempore, illiusque posteris Anno MD CIX. ac deinceps admissas, atq; juramento firmatas, illæ quoque, quæ ad præsens institutum maximè pertinent, numerantur, tum in libro Privilegiorum (c) tum à Joanne Behmio in præfatione ad orationes seculares, & Misienta in Manuali (d) Prima quidem, ut exercitium

(a) pag. 100 (b) pag. 59. (c) pag. 140. (d) pag. u 6.

tium Catholicæ Religionis. quemadmodum de jure fuit, & semper esse debuit, omnibus in Ducatu sit omnino liberum. *Alter* verò, ut Catholico cuiuslibet liberum sit, Templâ Sacella, Oratoria, in suis suorumque usus erigere; vel jam ante in suo fundo erectis uti, frui, & gaudere. *Tertia*, ut cuiuslibet Catholico jus patronatus, quæ cum suo fundo possedisset, sacra recta integerrimè permaneant. *Quarta*, ut Catholico ad munera dignitatesque publicas, ex æquo cum cæteris pateat aditus. *Quinta*, ut pro publico Religioni Catholicæ exercitio, geminum Templum Regiomonti erigatur, fundetur, atque pro dignitate dotetur.

Atque hoc Catholicæ Religionis in Ducatu jus, cum in Comitibus Anni MDCV. non tam quaesitum, quam roboratum, stabilitumque accepisset Rudolphus; aut potius ipse (tanquam is, qui paulò antè ut Referendarius Regni, eo verò tempore ut Episcopus ac Senator ad clavum Reipub. sedebat) confirmatum, stabiliri que curasset; nulla interposita mora, Henrico Hindenbergio Canonico Varmienf. cujus patrem antè jam meminimus; & Jacobo Schrotero præpoto tum Gutsadien. postmodum verò etiam Canonico Varmien. nuntiis ad serenissimum Electorem ab se Regiomontum missis, inter cætera negotia, Lindæ Marianæ Vindicias, restitutionemque maximè voluisse curæ. Testantur id ipsius literæ, quarum, uti promisimus, exemplum jam hîc ponimus.

*Reverendi Domini, Fratres carissimi.*

*Oblitus sum, cum Dominationes Vestra à me discederent, negotii illius pii & sancti, de sacello, in fundo illo Tillæ dicto,*

ditto, per D. Fridericum Berent extruendo. Rogo, omnem  
 Dominationes Vestra navent operam, quò licentia à Ma-  
 gnificis Dominis Regentibus obtineatur; quamputamus non  
 adeò fore difficilem, ex eo, quòd in contractu illo curatorio,  
 cum Regia Maiestate inito, cautum hoc extat, ut liber sit  
 Ecclesiarum Catholicarum in Ducatu usus, tam iam exi-  
 stentium, quàm adificandarum. Consensum Domini fundi,  
 pretendit se iam habere Dominus Fridericus, prout ex  
 scheda adiuncta intelligit. His Dominationes Vestras  
 optimè valere cupio. Datum Heilsbergæ 9. Septemb. Anno  
 1605.

Reverendarum DD. VV.

Frater amantissimus

SIMON RUDNICII,  
 Episc. Varm. m. p.

Litteras hasce Rudnicius non solùm, proprio, ut  
 ajunt Martè, sed manu quoque propriâ integras ex-  
 aravit; ut, vel hinc pateat, quàm Lindæ Marianæ ne-  
 gotium optimo Præfulti fuerit cordi; quòd non mini-  
 strorum, uti plerumque cætera omnia, sed suamet o-  
 perâ promovere voluit. Porrò scheda, cujus mentio-  
 nem Rudnicius facit, quæque D. Fridericus Berent à  
 Domino fundi Lindensis consensum jam obtentum  
 significat, ejusdem Friderici, ut viderur, manu scripta  
 istiusmodi est. Portio fundi illius, qui aliàs Tilia dicitur,  
 ad generosi & nobilis quondam Domini Joannis à Tettau  
 derelictam viduam, hereditario iure spectare dignoscitur.  
 Egi hactenus, cum generoso & nobile Domino, Fabiano à  
 Lekeywang, dicta vidua fratre germano ac legitimo tuto-  
 re, ut eius loci cessionem mihi impetraret, in quo Oratori-

um seu sacellum inaedificari possit; qui respondit nihil diffi-  
cultatis in hoc fore; dummodo apud Magnificos DD. Re-  
gentes Ducales id obtineri possit; idq; stipulatâ manu Do-  
minus Leskevvang promisit.

Dubium non est, memoratos Rudnicii nuncios,  
qui in aliis plurimis gravissimisque negotiis, operam  
industriamque suam egregie probârunt, in hac quo-  
que Lindæ Marianæ causa, omnem Regiomoni  
movisse lapidem. Sed rebus, sub ipsum novi contra-  
ctus illius Curatorii, primamque Feudi possessio-  
nem, necdum usquequaque maturis, haud multum  
promoverunt: præsertim cum & vis libertati Catho-  
licæ tamdiu illata necdum remitteret; & ne porro  
remitteret, incentores malorum Prædicantes, ab ar-  
tibus, strophis, clamoribusque suis desistere aut re-  
mittere nequaquam possent. Rudnicius tamen, ut  
Lindense negotium promoveretur, novas tum suis,  
tum Regiis, Regiorumque manibus, ut jam dicemus,  
admovere non destitit machinas.

### C A P U T III.

Alter Rudnicii, pro vindiciis & restauratione Lindæ Marianæ  
per Sadorfciium contra Ottonem à Groben, vehementer  
obnitentem, strenue admotus.

Cunctatione Græcos Trojâ fuisse petitos, verum  
est verbum; Rudnicius circa cunctationem Lindæ  
dâ potiri desiderabat; sed tot ejus sunt conatibus ob-  
jectæ remoræ atque obices, ut illi supra decennium  
Græcorum, multò plus fuerit cunctandum, aut po-  
tius circa cunctationem sursum prostrumque conti-  
nendum; & jam hæc, jam alia via, ad urgendum ne-  
goti-

gotii progressum, ineunda. Postquam igitur Friderici Berent, quàm principio adhibuit, parum aut potius nihil processit opera, aliò se optimus Antistes vertit. Habebat in aula sua Stephanum Sadorscium, S. R. M. secretarium, ætate quidem vixdum juventutem supergressum, sed doctrinâ, ingenio, usu, & in rebus agendis industriâ, multorum canitiem prægressum. Eum proinde, quo maximis in negotiis uti consueverat, ad vindicandam asserendamque sibi Lindam Marianam adhibere cæpit. Sadorscius inter multas, expeditissimam, facillimamque ad Lindæ possessionem, viam ratus, si fundum Lindensem, numerato precio emptum, sibi assereret; cum Ottone à Groben, fundi Lindensis possessore, tum per se, tum per amicos enixè agere; abnuentem omnibus, humanitatis officii studiisque demereri; denique etiam reluctantem, ac præfractissimè obnitentem, interpositâ non modò Antistitis ac Principis sui Rudnicii, verùm & Serenissimi Regis Sigismundi III. Reginae Constantiæ, Vladislai Principis, summorumque de Aula Regia visorum autoritate perurgere, aut potius perfingere. Erat Otto à Groben, nobilissimo in Prussia loco genereque natus; & postquam juventutem primum in literis, deinde verò in variis per Germaniam, Italiam, Galliam, Hispaniam, aliasque Europæ provincias, contriverat peregrinationibus, ad Reipub. clavum in Ducatu Prusiæ, proximè jam admotus erat. Cùm enim civile totius Ducatus regimen ac gubernatio, quæ etiam in volumine privilegiorum (a) consignata est, secundùm ipsum Prusiæ Du-

(a) pag. 54. vulgo Regiments-Notzel.

sia Ducem, ad quatuor supremos Consiliarios, quos  
 vulgo *Regentes* vocant, videlicet ad Provincie Magi-  
 strum, Burggrabium Regiomontanum, Cancellari-  
 um, & Marsalcum; Judicium item Aulicum, & qua-  
 tuor supremos, Regiomontoque viciniore Præfe-  
 ctos, vulgo *Capitaneos*, videlicet ad Brandeburgen-  
 sem, Fischhausensem, Schackensem, & Tapiavien-  
 sem, universim pertineat; Otto à Groben, qui aliàs in  
 variis gravissimisque negotiis, strenuam Principi pa-  
 triæque operam navarat; ad Præfecturam Schacken-  
 sem proventus jam erat; in eaque constitutus præfe-  
 ctura, Anno MDCIX inter nobilissimos totius Or-  
 dinis equestris ad S. R. M. Remque publ. Poloniam  
 Internuntios, uti in dicto Privilegiorum libro (a) pa-  
 tet, priusquam tenebat locum: & pro ea, quæ latè  
 doctrinæ omnis, in primisque juris scientiæ, ac civi-  
 lis prudentiæ facultate excellebat, in gubernanda pa-  
 tria, præ cæteris, unus propè ita regnabat; ut inter  
 doctissimos quoque ac literatissimos viros, non po-  
 stremo regnaret loco. Et superant et jamnum singula-  
 ris illius in re, literaria regni, totidem prope mon-  
 ta, quot sunt in amplissima ejusdem bibliot-  
 ca, quæ non paucis annis in Resselienſi Collegio  
 vata fuit, libri. Vix enim ullum, in tanto numero, fuit  
 volumen, quod ille à capite ad calcem usque non  
 evoluerit, & notis suis plurimum non desuperit  
 ut non mihi duntaxat, verùm & iis, qui literis & li-  
 bris propè immoriuntur, admirationi sæpe fuerit.  
 Talem igitur ac tantum virum Grobenium Sado-  
 scius, datâ occasione, amicè aggreditur; & ut Lin-  
 densen

(a) pag. 97, 108. & 126.

densem fundum, pecuniâ, vel alio secum fundo. ex æquo & justo permutet, etiam atque etiam orat. Facile Ottoni, ut erat emunctissimæ naris, suboluit, quò restandem vergeret. Itaque Sadorscium principio quidem officiosè expedire; deinde verò vehementius quâ prece, quâ precio instantem ac perurgentem, animosè constanterque negando rejicere. Alius nimirum illi Lutheranae virus sectæ, in qua & natus, & ad eam usque diem erat versatus, intra præcordia hæserat, quàm ut Idolomaniam Lindensem (neque enim secus, quàm ejusdem mandræ gregales cæteros audivimus loquentes sentire ac loqui ipse tum poterat) suâ, qualicumque tandem operâ postliminio revocaret, aut etiam revocari pateretur. Quòd si fortè jam tum, ex Baronii, Bellarmini, aliorumque lectione, ad fidem, Ecclesiamque Catholicam inclinabat; poterat nihilominus videri, ad personam (quam in Repub. Lutheri toxico, quoad res divinas, admodum ebrîâ gerebat) non nihil respexisse; &, ne Papistis, ut vulgus illud profanum loqui solet, colludere videretur, anxîè præcavisse. Ut res habuerit, Grobenius certè, ante decimum septimum hujus seculi annum, ut Fundo Lindensi, in cujusquam Catholici usum cederet, nullâ prorsum vi, aut arte potuit adigi. Cæterùm ubi Regiâ potissimùm auctoritate permotus, aut potius adactus tandem cessit; & in fundo illo sacellum postliminio Deiparæ erigi, Lindamque Marianam reflorescere iterum vidit, Deiparæ, uti credere par est, beneficio atque ope singulari, ad Ecclesiam Catholicam se recepit; & in eodem ipso Deiparæ Lindensis sacello divinis, cum Pæ-

R

nitent-

nitentiæ tum Eucharistiæ mysteriis initiatus est, de  
 ce, ac quodam quasi mystagogo P. Michaële Hor  
 è Societate JESU adhibito. Verum hîc enim vero fu  
 carmen, quod in Menæis, Græca de Virgine Deip  
 ra usurpat Ecclesia (a) *illuminavit enim cordi oculos,*  
*pœnitentiæ radium immisit, ac tenebris æternum dur*  
*vis liberavit, uti veri luminis porta & cunctorum refu*  
*um.* Ego verò, videor mihi in Grobenio divitem  
 lum durum intueri, cujus panis, per importunas ma  
 dici preces extortus, aut potius lapidis instar, in pa  
 perè jactus, divinæ justitiæ lanci impositus, plus pro  
 deris ac momenti, quàm omnia, uti proditum e  
 teris, peccatorum ipsius onera habuit. Exinde eni  
 ipse de se Grobenius usurpare quadamteus ill  
 Pauli (b) potuit. *Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitra*  
*sum propter Christum detrimenta. Veruntamen existimo*  
*omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam*  
*su Christi Domini mei; & arbitror ut stercora, ut Ch*  
*stum lucrificaciã.* Primùm enim Repub. ac rebus civi  
 bus valere jussis, DEO ac sibi vivere, privatam quæ  
 omni pompâ vacuam delegit vitam: & ne (si  
 tria hæssisset) civilibus iterum fluctibus involveretur  
 ad Ferdinandum II. Imperatorem, ad tempus  
 cepit; cui quemadmodum & serenissimo Regi Pol  
 niæ à Consiliis fuit. Interea verò Suecico in Prussia  
 exundante bello, in nullius magis, quàm in Groben  
 jam Catholici, fundos atque bona, hostilis aut po

(a) 4. Ιανουα. τὰ ὄμματα φάτισον, καρδίης  
 καρδίης με λάμψον μοι ἀκτῖνα μελανίας, σκότι  
 ρυσαι δικαιοσύνης, πύλη τῆ φωτός, χειρῶν  
 τὸ προσφύγων, (b) Phil. 3. 7.

us hæreticus furor desævii. Amplissimum illi erat prædium Wicken, sex Regiomonto leucis Austrina versus situm; ex eo omnia pecora per militem abacta, supellex omnis expilata; ædes ipsæ flammis destinatæ; arsisentque, atque in favillam resedissent, nisi Tribuni Suecici uxor, quæ eum fundum sibi obventurum, ideoque, quoad liceret, sartum rectumque servandâ spe devorârât, à flammis & incendio maritum arcuisset. Atque hunc in modum re ipsa expertus est *sectam* quorundam, ut ipse etiam nobis sapius audientibus vocare solebat, verè fuisse, & esse *sanguinariam*. Vbi verò primùm bellicus ille turbo non nihil resedit, citra moram redux in patriam, quantum de suo ad Ecclesiam Catholicam reditu, tantundem etiam de restituta Linda Mariana, revocatoque Deiparæ cultu publico exultabat: quoad in vicino Lindæ fundo, *Iesau* dicto, extremâ senectute confectus, in Templo Collegii Resselienfis Societatis *JESU* postmodum Anno *MDCXLIX.* sepultus est. Illud tamen prudentissimus vir dedolere nunquam potuit, quod non dudum antè, ad Catholicæ gremium Ecclesiæ se recepisset; & ipse suo in fundo sacellum cultumque Deiparæ restituisset: aut certè, quòd tam diu, ne alii restituerent, pervicace obfirmatoque animo obstirisset. Qui ergo neque suam Deiparæ fundum jam consecrare, neque sacello jam erecto manus admovere amplius poterat, quod insuper poterat, Aram ad Boreale majoris Aræ latus in sacello, *DEO & Deiparæ* erexit; quoque id animo fecerit, hâc inscriptione, quam meâ tunc manu

R 2

exara-

exaratam eo libentiùs hîc attexo, restatum esse voluit universis.

Generosus & nobilis, Otto von der Gröben / S. Cæs. Regia Maiest. Consiliarius & Secretarius; ad serenissimam Regis, Reginae, ac Principis Poloniae ac Sueciae requisitionem locum hunc, ab ipsis fidei Christianae miris, DEO Despectuque sacrum, ad Ecclesiam Catholicam cultum reduci conatus; & Heresi, omnibusq; Novatorum inventis abiuratum ipsum, cum unico filio, in eiusdem Ecclesiae gremium recepit; atque hoc Monumentum posuit, Kal. Iun. MD. CXXX.

Eidem Aræ, ex S. Augustino pleraque inscripta sunt, tum de causis sui ad Ecclesiam Catholicam reditus; tum de plerisque ejusdem Ecclesiae capitibus Novatorum furore impugnari solitis. Ac principum de causis, sui ad Catholicam Ecclesiam recepti Augustinum contra Epistolam Fundamenti capitulum ita docentem inducit. Multa sunt, quae in Catholica gremio Ecclesia, me iustissime tenent. Tenet consensus populi; tenet auctoritas Miraculis inchoata, spe nutrita, veritate aucta, vetustate firmata; tenet ab ipsa sede Petri pascendas oves suas, post Resurrectionem Dominum commendavit, usque ad praesentem Episcopum, successore ad idotum. Tenet postremo Catholica nomen, quod saluavit.

De salute in sola Catholica Ecclesia obtinenda eundem in Epistola ad Bonifacium scribentem indicat. Ecclesia Catholica sola est corpus Christi. Extra corpus neminem vivificat spiritus Sanctus. Ecepistolam Quisquis ergo ab hac Ecclesia fuerit separatus quantumlibet laudabiliter se vivere existimet, hoc solo scelere, quod Christi unitate disunctus est, non habebit vitam, sed DEI manet super eum.

De scripturæ, Traditionum Ecclesiasticarum, & Ecclesiæ auctoritate: ex Epistola 118. cap. 5. *Si divina scriptura præscribit auctoritas, non est dubitandum, quin ita facere debeamus, ut legimus. Similiter, si quid horum tota per orbem frequentat Ecclesiæ. Nam hoc, quin ita faciendum sit, disputare, insolentissima insania est. Et contra Epist. Fundam. cap. 5. Ego verò Evangelio non crederem, nisi me Catholica Ecclesiæ commoveret auctoritas. Denique de purgatorio & sacrificio Missæ lib. 20. Civit. cap. 9. Neque piorum animæ mortuorum separantur ab Ecclesiæ. Alioquin nec ad Altare DEI fieret eorum memoria in communicatione corporis Christi.*

#### CAPUT IV.

Tertius Rudnicii pro Linda Mariana conatus, per singularem, cum serenissimo Electore ac Prussiæ Duce, amicitiam, atque familiaritatem.

**A**micitiam colere, semper quidem honestum est: at cum amicitia, amicorumque vires & animi in Deum, resque divinas, tanquam in scopum diriguntur, supraquam dici potest honestissimum. Talis erat Rudnicii, cum serenissimo Electore, atque Prussiæ Duce Joanne Sigismundo amicitia, quin & familiaritatis necessitudinisque usus; tum initio susceptus, tum procedente tempore firmatus. Extincto, cum morte Georgii Friderici, Domus Franconicæ sive Anspachianæ, ad Ducatum Prussiæ Feudo, quod ille cum Alberti Friderici, uti diximus, curatela adierat, altera non modò, ut prior, itidem Brandenburgica, sed insuper etiam Electoralis apud Marchiam Domus, in Joachimo Friderico, ejusdem Feudi, aut po-

tius curatela jus adierat. Sed & Joachimo Frederico Electori, non nisi triennium superstiti, cum vitæ tunc simul jus intercidit. Successurus igitur patri defuncto, Joannes Sigismundus, serenissimus Elector, cum serenissimus Albertus Fridericus jam triginta circiter annos ita fuisset æger, ut nulla ad recuperandam mentis sanitatem amplius superesset spes, Anno MD CIX. à serenissimo Rege Sigismundo III. & amplissimo Poloniae Regno contendit, ut in posterisque suis, non curatorio duntaxat, sed proprium novo contractu jus Feudi ad Prussiae Ducatum fas esset reprehendere. Et obtinuit, quod presab Rudnicio Episcopo, tanquam vicino Regni Senatore, tum ad acquirendum, tum ad adeundum prehendendumque jus provinciae, inter cæteroseximiæ adjuvante. Ille enim, ut in ipso quoque libertatum Privilegiorumque Prussiae datorum volumine (a) inveniatur cuivis licet, & in Generali Ordinum Ducatus Prussiae Conventu die XXVI. Maji, Anno MD CIX. celebrato (quo tum Ecclesiasticæ, tum civiles Ducatus illius leges, adeoque ipsa Provinciae fundamenta non leviter jam convulsa, fuerunt in integrum restituta) & Anno MD CXXII. quo serenissimus Elector Joannes Sigismundus possessionem Ducatus adiit, Regios inter Legatos, principem semper locum tenuit proindeque in rebus tum ipsius Ducatus ac Provinciae, tum serenissimi Electoris ac Ducis, rite constituendis, præcipuam navavit operam. Quâ quidem uti & plurimis aliis de causis, potissimum vero summis, quæ in illo Præsule elucebant, virtutes,

(a) pag. 98. 125. 130. 132.

renissimus Joannes Sigmundus Rudnicium, quem singulari animi reverentiâ patrem suum appellare solitus erat, & diligebat, & reverebatur, ut patrem; ad eò, ut, cum moriturus à suis rogaretur, quâ tandem in fide ac religione migraturus ex hac vita esset, illeque reposuisset, se in fide patris sui decedere, multis (quid, me etiam audiente frequenti tum sermone celebrabant) dubium reliquerit, utrum in Electoris Joachimi Friderici, quem parentem secundum carnem habuerat, an potius in Episcopi Rudnicii, quem ut patrem semper colerat, fide ac religione hinc migraret? Ac Rudnicus quidem, hujus cum serenissimo Electore amicitiæ fructus, quàm cumulatissimos tulit; quos non tam in suum, propinquorum vè suorum, quàm in rei Catholicæ, & Provinciæ suæ usum vertit. Præterquam enim, quod serenissimus Elector illum; pro ea, quâ colebat, observantia, subinde Heilsbergæ coram reviseret, vicissimque reviseretur ab illo; præterquam, quòd utriusque provinciæ subditi, ex mutua illa Principum familiaritate ad summam inter se pacem colendam impulsæ sint: illa insuper ad utriusque populi usus consecuta sunt; quòd (ut Author vitæ Rudnicii (a) scribit) antiquissima de limitibus controversia, quæ prædecessorum temporibus, non sine partium sanguine agitabantur, nominatis utrinque arbitris, cum magna Ecclesiastica utilitatis accessione, sublata sint; & prima posita fundamenta pacis, quæ hucusque vicinas inter utriusque provinciæ incolas sanctè religioseque observatur: huius familiaritatis privilegio usus est etiam Rudnicus, ad res Catholica

R 4

propa

(a) pag. D 3.

propagationem; morasq; omnes sustulit, quæ progressum  
 torum sistere poterant. Erectum est ergo Regiomonti à pu-  
 damentis Templum pro Orthodoxis, perpetuaq; doti  
 structum; data libertas nobilibus erigendi oratoria; sanc-  
 tas provisæ transferentibus Tempia ad Catholicos ritus  
 pœna in eos scripta, qui convitiis, aut scelere religionem  
 festarent.

Verum enimvero, cùm hæc, aliaque id genus plu-  
 rima, sub ipsum renovati Feudi initium, vel saltem,  
 illa Anni MD CXII. Legatorum Reginorum trans-  
 actione per Rudnicium sint perfecta, vel à serenissimo  
 Electore impetrata; quid est, quòd Lindæ Mariæ  
 instauratio, quæ non nisi Anno MD CXVIII. inchoata  
 est, neque perfici, neque impetrari potuerit? Haud  
 equidem censuerim serenissimum Electorem, qui  
 cætera, vel pro Feudi, vel pro amicitia familiaritate  
 quæ jure facilè Rudnicio largiebatur, hinc adamantinum  
 potuisse habere pectus. Vereor quocirca, non  
 idem ille Otto à Groben, fundi Lindensis heres, esse  
 jam serenissimo Electore, ut Linda restauraretur, con-  
 nivente, aut in gratiam Rudnicii insuper annuente  
 volente, murum se Adamantinum, pro ea, quæ  
 apud omnes autoritate, aut potius pro infirmitate  
 Lutheri sectam studio, objecerit. Quod ut ita  
 mihi perluadeam, persuadent illæ, quæ ipsum  
 dem, ab Aula Regia subruerunt, ut jam dicemus,  
 machinæ.

CAPIT

## CAPUT V.

Primus à Regia, pro vindiciis & instauratione Tiliæ Marianæ  
conatus, profum irritus.

Quandoquidem neque per Fridericum Berent aut Sadorcium; neque per se, ipsumque serenissimum Prussiæ Ducem ac Electorem, quidquam in causa sacrorii fundique Lindensis Rudnicus Episcopus promovit; non ignarus, omnes in unius fundi illius hereditas esse remoras, majores ac validiores ad perfringendam hominis pertinaciam, admovit arietes. Perpectum habebat Rudnicus, quod universo orbi Christiano perspectissimum quoque erat, quanto Sigismundus III. Poloniæ & Sueciæ Rex, totaque Regis illius Aula, ad promovendum DEI ac Deiparæ cultum arderet studio. Cùm Rege igitur, & iis, qui Regem proximi circumstabant, anxie egit, ut suam interponerent auctoritatem atque operam. Nimirum servabatur ista Tiliæ Marianæ adorea, Regiæ Sigismundi III. Domui: ut & ipse, qui tot, & tanta rerum pro Ecclesia DEI & Repub. Christiana gestarum statuisset Trophæa, & serenissima ejus Conjux Regina Constantia, & liberi omnes, pro restauranda, augenda, ornandaque Deipara Lindensi, inter se quodammodo de laurea certare viderentur. Quemadmodum enim, uti videbimus, Rex, & Regina, & serenissimus Uladislavus, tunc Princeps, postmodum Rex, fundum vindicando, ipsa quasi fundamenta Lindæ Marianæ jecerunt; ita & serenissimus Joannes Casimirus Rex, & Joannes Albertus Cardinalis, & Carolus Ferdinandus, & Anna Catharina Con-

R 5

stan-

stantia, suis sive votis ac suffragiis, sive etiam singularibus donariis jacta semeleductaque in altum fundamenta ornârunt, ac stabilerunt. Cæterùm; quia negotium per Sadorscium inchoatum jam erat, ut extrema causæ, suo cohærent capiti, per eundem deinceps visum est etiam ab Regia Grobenium esse urgendum. Jam antè, ut vidimus, cum Ottone à Groben egerat Sadorscius; sed ille sive, pro hæretico, qui adhuc turgebat, spiritu; sive etiam pro ingenii, qui pollebat, dexteritate, ut Sadorscio fucum faceret, videretur hominem, quemadmodum è Regiis, quas debimus, literis patebit, ad generum suum, Casparum Fischhausen, Dunamundensem in Livonia Præfectum rejecisse. Cùm enim illi filiam in matrimonium Grobenius dedisset, facilè in vim dotis etiam Fundum Lindenlem dedisse credi poterat. Et videtur credidisse Sadorscius, qui Anno MD CXVI. serenissimo Regi supplicatus, primas à Regia, non ad Grobenium, sed ad illius generum Fischhausium, literas hæc verba impetravit.

*Generoso Casparo Fischhausen, Capitaneo nostro Dunamundensi, fideliter Nobis dilecto.*

*Generose, nobis fideliter dilecte: Generosus Stephanus Sadorsky Secretarius noster, fundum quendam Fidelitatis tue hereditarium, Linde antiquitus appellatum, sequitur querere velle, idque summopere optare, Nobis exposuit. Cui cum propter singulare suum, de Nobis bene merendi studium optimè faveamus; valde cuperemus eum voti sui, hoc negotio, compotem fieri. Quapropter rem gratissimam Nobis se facturam Fidelitas tua persuadeat, si huic Secretario nostro, commendationis nostræ causâ studium suum testetur.*

rum reddiderit: sequè voluntati nostræ, hac in parte gratificari velle ostenderit. Non deerit occasio, quâ Nos huius studii sui Fidelitas tua, gratos esse agnoscet: quam interim benevalere cupimus. Datum Varsavia die xxx. Mensis Septembris, Anno Domini MDCXVI. Regnorum nostrorum Polonia XXIX. Suecia XXIII.

SIGISMUNDUS REX.

In cassum fuisse has serenissimi Regis literas datas, Sadorscium que non in Æneam, sed in objectam à Grobenio nubem pugnâsse, vel inde constat; quod deinceps, non jam Fitchhausio, sed ipsi Grobenio, plures & vehementiores à Regiis manibus, totaque propè Domo Regia stimuli admoti sint.

C A P U T VI.

Secundo à Regia conatu adhibito, Area pro erigendo Lindæ Marianæ sacello obtinetur.

SECUNDIORES aliquanto videri possunt literæ, secundo loco ab Aula Regia pro Lindæ Marianæ vindiciis datæ; quandoquidem tantum habuere ponderis, ut Aream pro reædificanda postliminio Deiparæ Ædícula obtinuerint. Cæterum, si tum Regiarum Majestatem literarum, tum rei obrentæ magnitudinē attendamus, vix illæ quoque literæ prioribus deprehendentur fuisse secundiores. Quid enim? ad tantæ Regis ac Reginae, ad serenissimi Principis Uladislai, & aliorum in Regia Aula procerum literas, vel potius preces, nihil ampliùs, nisi Aream, pedes circiter 40. longam, & 26. latam, obtineri potuisse! Carò emi, vulgo ajunt, quod precibus ematur: quanti igitur hæc Area empra, quæ supra precibus

precium à Sadorfcio numeratum, tot tantis, talibus-  
que ab ipsa Regia precibus fuit emenda ! Ac Sigis-  
mundus quidem Rex III. Non. Feb. Anni MDCXVII.  
literas, quæ sequuntur, misit.

Generoso Ottoni à Groben, Capitaneo Schackensi Ducatus  
Prussia Consiliario terrestri, fideliter Nobis  
dilecto

Sigismundus III. DEI gratiâ Rex Polonia, &c.

Generose, fideliter nobis dilecte. Singulari virtute  
promptumque de Nobis & Repub. bene merendi studi-  
um, Generosi Stephani Sadorfcii Secretarii nostri, sapienter  
contestatum, facit, ut rebus ipsius commodisq. quam optime  
faveamus. Quapropter, cum fundum quendam, Fidelitatis  
tuæ hereditarium, LINDE antiquitus appellatum, se à Fi-  
delitate tua, acquirere velle nobis exposuisset, idq. literis  
nostris admissus, facilius se consecuturum sperasset; danda  
has ad Fidelitatem tuam duximus; velit in hoc negotio,  
non difficilem se illi præbere; quin imò voluntati nostræ gra-  
tificari, nostrasq. has literas suum pondus obtinuisse delecte-  
ret. Rem gratissimam nobis factura est, & benevolentiam  
strâ, datâ occasione, rependendam Fidelitas tua. Quam  
ne valere cupimus. Datum Varsavia die II. Mensis Feb.  
Anno Domini MDCXVII. Regnorum nostrorum Polonia  
XXX, Suecia vero XXIII Anno.

SIGISMUNDUS REX.

Eâdem ipsâ die, et jam serenissimus Princeps Ul-  
dislaus ad eundem Grobenium sequentem dedi-  
it epistolam,

Generoso Ottoni à Groben, Capitulo S. h. ackensi, Ducatus  
Prusie Consiliario terrestri, gratè Nobis dilecto

Vladislaus Sigismundus Polonia & Suecie Princeps.

Generose gratè nobis dilecte. Quo animi affectu omnes  
bonos complectimur, eodem singularem virtutem ac  
promptum de Regia Maestate, ac Nobis bene merendi stu-  
dium, generosi Stephani Sadorfii, Secretarii Regie Ma-  
iestatis prosequimur. Cupit is quendam locum Grati-  
tudinis hereditarium acquirere; & quò commodius id conse-  
qui possit, nostram postulavit intercessionem. Diligenter ita-  
que à Gratitude tua postulamus; velit, commendationis  
nostra causa, eum voti sui compotem facere; atque cum No-  
bis, tum illi declarare, nostram apud Grati-  
tudinem tuam intercessionem, eum, quem speravit, effectum habuisse. Quo  
Nos sibi non mediocriter devinciet Gratitude tua. Quam  
bene valere cupimus. Datum Varsaviae II. Febr. Anno Do-  
mini MDCXVII.

VLADISLAUS SIGISMUNDUS.

Quid verò hisce Regis ac serenissimi Principis K-  
teris perfectum est? Illud nimirum, ut cunctante, at-  
que omnes in partes sese adhuc versante Grobenio,  
necesse fuerit, & serenissimæ Reginae, & aliorum  
apud Aulam Regiam Procerum, amicorumque lite-  
ris, hominem invitum atque oblectantem, ad Regias  
impelli voluntates. Ac serenissima quidem Regina  
ad IV. Idus Martias, hoc est, plus quàm mente inte-  
gro, quo Grobenius ad Regias fuerat literas tergi-  
versatus, aut potius oblectatus, Epistolam, quæ sub-  
jungitur, misit.

Magni-

Magnifico Domino Ottom à Groben, Capitaneo Schacken-  
fi, Ducatus Prussia Consiliario terrestri, sincere &  
fideliter Nobis dilecto.

Constantia, DEI grati: à Regina Polonia & Suecia, magna  
Dux Lituania, Russia, Prussia, Masovia, Samogitia,  
Livoniaque, &c. Nata Archidux Austria.

Generose, fideliter Nobis dilecte. Generosus Stephanus  
Sadorsky Regia Maiestatis Secretarius, ob singula-  
rem suam probitatem, promptumque cum Regia Maiestati,  
tum Nobis ipsis obsequendi studium, Nobis est commenda-  
tus. Cuius nomine supplicatum Nobis est, ut partes nostras  
interponeremus; quo is commodius fundum quendam, vulgò  
LINDE appellatum, à Fidelitate tua, acquirere & emere  
possit. Non gravatim sanè id concedendum, dandasque  
hasce ad Fidelitatem tuam duximus; ut Nobis hac in par-  
te Fidelitas tua, suum testetur studium; ipseque experiatur,  
nostram sibi plurimum profuisse intercessionem. Fecerit no-  
bis rem gratissimam Fidelitas tua. Quam optime valere  
cupimus. Datum Varavia die XI. Mensis Martii, Anno Do-  
mini MDCXV II.

CONSTANTIA REGINA.

Jam verò Amicorum & quorundam apud Aulas  
Procerum nomine, Jacobus Zadzile (qui tunc ma-  
gnum Regni Secretarium agebat; & in eodem mu-  
nere constitutus, jam antè in Ducatu Prussiae cum  
aliis Legatis, multum pro Ducis & omnium Provin-  
ciae Ordinum commodis, in Feudi instauratione la-  
borarat; postmodum verò ex magno Regni Cancel-  
lario, Episcopus Cracoviensis decelsit) pro ea, quam  
cum Grobenio contraxerat, amicitia, paulò acriori-  
bus literis, non sua duntaxat in ipsum, verùm & Re-  
gis,

gis, & totius Regni in Ducem ac univertum Ducatum merita commemorare non dubitavit; ut, vel in unius Lindæ Marianæ restitutione, debitam grati animi testificationem, in uno homine, nomine omnium cæterorum exprimeret. Sic enim ad XIX. Cal. Mart. ejusdem Anni ad Grobenium scripsit.

Magnifico ac Generoso Domino, D. Ottoni von Gröbens  
Capitaneo Schackensi, Amico meo charissimo &  
honorando.

Magnifice, ac generose Domine Capitaneæ.

Et si sciam, literas S. R. Maiestatis, serenissimæ Reginae, & Principis nostri, sat ponderis habuisse, ut locum quendam LINDE dictum, Generoso Domino Stephano Sadowsky, S. R. M. Secretarij, ad usum Ecclesie Catholice cederet; dum S. R. Maiestas, serenissima Regina, & serenissimus Princeps, eo id loco acceptabunt, ac si ipsis factum esset: eoque Dominationem vestram, singulari suâ gratiâ & clementiâ dignum iudicabunt. Attamen cum magnificam Dominationem vestram cunctari, & difficultates obtendere intelligam; hæc pro singulari nostra amicitia, ad magnificam Dominationem vestram, dare, eique ostendere volui; non sat causa subesse, cur istud suum obsequendi studium, S. R. Maiestati, & tot serenissimorum intercessionibus denegare voluerit. Est enim res honesta, est res pia, est publicis pactis consentanea. Quæ omnia, etsi ad obsequia faciendâ per se sufficientissima esse possint; tamen magnificam Dominationem vestram, illud movere ante cætera debet; quantum S. R. Maiest. & Ordines Regni, de illustrissimo Principe Electore, & Ducatu Prussie, in primis verò, de nobilitate, juribus, & libertate eorû, meriti sint; quantumq; adhuc indies novis beneficiis ea cumulare possint; quod pro his omnibus nihil desideret, nisi ut grata iis memoria exhiberi possit.

Cum itaq; hoc nomine, tota Respub. vestra, S. R. Maiestati  
 & Regno multum debeat, mirarer sanè, si magnifica D. N.  
 quam S. R. Maiestas, & Regni Ordines propter virtutes  
 & merita sua in Regnum & patriam, benevolentia pro-  
 pensissimaq; voluntate complectuntur, maioriq; gratia di-  
 gnum iudicat, tam exiguum gratitudinis studium, denegare  
 re iis velit; quo ipso & patria, & sibi, suisq;, tantum obli-  
 possit, ut serenissimi Regis, sibi haecenus ad dictissimi clem-  
 tissimiq; animum alienationem in posterum reddere queat.  
 Quod ego, pro mea parte, qui illustrissimo Electori, Duce  
 tu, & Nobilitati, eorumque Privilegiis, & magnifica D. N.  
 semper favi, nunquam evenire cupio; idque ut magnifica  
 D. P. sua prudentia, cura, & vigilantia, etiam praeceperit  
 velit, magnopere oro & hortor. Erit hoc non postremum, in-  
 ter cetera sua in S. R. Maiestatem, Regnum, & patriam  
 merita, si in hoc se tot serenissimorum intercessionibus obse-  
 quentem exhibuerit. Nam hoc ipso, S. R. Maiestatem, &  
 praecipuos Ordines magis magisque sibi devinciet; & se-  
 ipsum omni gratia, benignitate, ac remuneratione, apud  
 R. Maiestatem dignum indicabit: Patria autem sua, & il-  
 lustritati, tantum proderit, quantum ipsi sibi polliceri pu-  
 runt. Ego vero, & alii Domini Aulae Officiales, omni be-  
 nvolentia & officiorum testificatione, erga magnificam  
 hoc ipsum compensare non intermitteremus. Quam diu  
 cissimè que valere opto, eique mea studia & officia defere-  
 Varaviae die XX. mensis Februarii, Anno MDCXVII.

Magnificae Dominationis Vestrae

Amicus ad interveniendum promptissimus

JACOBUS ZADZILE,  
 Secret. Regni Polon

Na

Tertio à Regia conatu adiacens sacello fundus acquiritur. 279

Non potuit enim vero, non persentiscere in hisce literis *armatas*, ut vocant, *preces* Grobenius: proinde refragari, aut potius oblectari amplius non potuit, quin *Aream* pro restaurando *Deiparæ* sacrario, non tam precio per *Sadorscium* numerato, quàm serenissimorum Regum, Regiique Principis ac Procerum authoritati tandem cederet.

## C A P U T VII.

Tertio à Regia conatu, fundus juxta sacellum *Deiparæ* situs, acquiritur.

**M**Ultum sibi videbatur *Sadorscio*, aut potius *Catholicis* omnibus tribuisse *Otto* à *Groben*, cum *Aream*, quantumvis justo precio venditam, pro restauranda *Æde* sacra attribuit. Neque profectò, aut *Sadorscio*, aut cuiquam alteri *Catholicorum*, tenue videri poterat, quod in tantum magnæ *DEI* *Marris* cultum, ut erat, certò sperabatur cessurum. At enim, cum istiusmodi cultus in fundo alieno, & quidem sub hero fundi à religione orthodoxa averso; omnibus *Prædicantium*, aliorumque sectariorum molitionibus, sannis, atque injuriis, non posset non esse obnoxius; multò amplius *Sadorscio*, quin & ipsi *Antistiti Rudnicio* connitendum erat, ut & fundus ipse, juxta *Aream* jam acquisitam positus, compararetur. Quapropter ad *Regem Sadorscius*, aut potius ipse *Rudnicus* supplex accedit, & literas, quæ sequuntur  
II. Non. Mart. Anno MD CXVIII, impetrat.

S

Gene

Generoso Ottoni à Groben, &amp;c.

Sigismundus III. DEI gratiâ Rex, &amp;c.

**G**enerose Nobis fideliter dilecte, gratissimum Nobis accidit, intellexisse, Fidelitatem tuam literis nostris requisitam, Fundum certum, LINDE nuncupatum, generoso Stephano Sadorsky Secretarionostro concessisse; atque lantati nostra, hac in parte benevolam se exhibuisse. Lantati is, multâ antiquitus hominum frequentatione, & prodigiis celebris est. Quapropter idem Secretarius noster, mandato nostro, Adem aliquam diva Virgini consecratam, in illo loco extruere proposuit. Cùm verò ob angustiâ loci, nequaquam equè commodè, ut res ipsa postularet, Devotio ibidem cultusq; divinus peragi possit; postulatam adhuc à Fidelitate tua duximus, ut ulteriorem suam Nobis testetur benevolentiam: viciniorem quæ adhuc agnoscitur, qui Fidelitati tue, parvo commodo esse potest, adjuvare velit. Erit id Nobis ita gratum, ut nihil magis, quam idem studium Fidelitatis tue, benevolentiam nostram commendandum existimemus. Cupimus interim Fidelitatem tuam bene valere. Datum Varsavia die V. Mensis Martii, Anno Domini MDCXVIII. Regnorum nostrorum, Polonia & Suecia verò XXIV.

SIGISMUNDUS REX.

Bene sit piissimis Sigismundi Regis manibus, qui ut locum, quemadmodum ipse scribit, antiquitus hominum frequentatione & prodigiis celebrem, vindicare non modò curæ & labori nulli pepercit, verùm de Regia Majestate sua plurimum se demisit. Perorat ab homine sub sua constituto potestate, pro imperio, obsequium & parendi alacritatem urgere.

ille, apud hominem sibi subiectum, propè supplex accidit, dum nihil nisi illius in te benevolentiam deprecatur, & benevolentiam iterum atque iterum postulat. Tanta nimirum in Deiparam, & lactam Deiparæ Lindam, ferebatur magnus ille Rex pietate ac religione, ut animo verè Regio, Deiparæ, & supremo in Deiparam Numini, Regiam substerneret Majestatem. Et potuisset illam tanto Regi negare benevolentiam Grobenius, quâ nullam unquam præstantiorem locupletioresve gazam vel ipse intra domum suam, vel quisquam alius reperire potuisset? Honorificentissimum protectò fuit, atque futuris erit temporibus, benevolentiam à tanto Rege, intra Grobeniorum Domum fuisse propè emendicatam; sed non minùs Sigismundo maximo Regi, atque Regiæ ipsius Domui gloriosum est, atque in perpetuum semper erit, DEI ac Deiparæ causâ quædamtenus Mendicabulum induisse. Tametsi enim Sadorscius fundum illum, magno satis precio, uti oportuit, redemerit; nunquam tamen fundus ille, aut ipsa quoque Ædiculæ Lindensis Area, Sadorscio vel cuiquam obvenisset Catholicorum, nisi Rex Sigismundus Majestatem Regiam, Grobenii benevolentia submisisset.

## CAPUT VIII.

Quarto à Regia conatu admoto, Caupona facello Lindensi adiacens, comparata.

Qui Ottonem à Groben fundo suo Lindensi

S 2

dece-

decedentem paulò contempletur attentius, videbit illum, non tam hereditario fundo, quàm quasi propugnaculo quodam, aut præfidiariâ arce castrove, quidem non nisi vi expugnatum, sensim per alios atque alios receptus decedentem. Neque enim ille, in contractibus fieri amat, sponte cessionem fecit sed (ut in obsessis expugnatisque præfidiis arcibus solet) ex uno quasi propugnaculo in aliud se recipiendo, secessit. Principiò igitur gravissimâ Sigismundi Regis, Reginae, & Uladislai Principis auctoritate permotus, Arca sacelli decessit; recepitque se in fundum sacello adjacentem; inde cum facellendum coinceps esset, receptum invenit geminum; alterum quidem in caupona, in piscaria cata alterum. Et haec quidem, quia Aedi sacellæ divinisque rebus nihil officit, sibi habet et jamnum (nisi quòd cata, quæ olim ad ipsum lacum Denaum, quæ rivulus se exonerat, fuerat, nunc verò in collem sacello Occidentem versus oppositum translata, retentis à Grobenio aliquibus agelli jugeribus infideat) illam verò, ut Sadorius quemadmodum cætera jam tradiderat, ex æquo et iusto traderet, Rudnicius Antistes apud Regem verò apud Grobenium perfecit. Et verò, non Sadorius scio duntaxat, verùm & hominibus cæteris, undique religionis causâ ad locum sacrum tanto numero confluentibus, perincommodum fore videbatur, si caupona (quæ non tam meritoria potatorum tabernaculorum futurâ erat) ad diversum à sacelli fundum hero spectaret; cum nemo inficias iverit, satius esse unum atque idem pro Aris juxta ac focis carere. Sed, ad nu

ad magnæ DEI Matris ( hæc enim magis , quàm vel Sadorcius, vel Rudnicus, vel ipse etiam Sigismundus Rex, Regiivē proceres aut Principes, *terribilis ut castrorum acies ordinata*, & hæresin, & omnia hæreseofomenta, amoliri ab illa sua Lindensi Regia videri voluisse potest ) triumphum atque decora pertinebat, ne quid, quod vel ad injuriam sacrorum, vel ad contumeliam quoquomodo facere posset, se et in vicinopossiderent. Quocirca illa, quæ & Regem, cum tota Regia, ut credi par est, & Rudnicium Episcopum cum Sadorcio, cæterisque piis, ad vindicandam loci Regiæ quæ illius suæ possessionem tacitè stimularat, videtur eisdem pariter ad vindicandum diverlorium illud, & in peregrinorum suorum usus occupandum aprandum quæ stimularat. Postquam igitur Sadorcius Rudnicium, & hic Regem, ea super re, quantum par erat, edocuit; Rex Grobenium in Ducatus Ducisque sui causâ, apud se, pro more, versantem, coram ea de re appellavit: neque ille, quin Regiã promitteret, committere potuit. Ne tamen iterum suo more, moras aliquas internecteret, simul atque domum ab Regia fuerat digressus, per Epistolam Idibus Februar. Anni MDCXIX. datam, est iterum à Rege, uti ex adjuncta eadem Epistola patet, appellatus.

Generoso Ottoni à Groben, &c.

Sigismundus III. DEI gratiã Rex, &c.

Generose, fideliter Nobis dilecte; Existimamus adhuc recentem habere memoriã Fidelitati tue promissum illud, quod Nobis ratione Tabernæ, generoso Stephano Sador-

dorsky Secretario nostro, in possessionem & usum tradenda  
 prestitit; neque dubitamus idem effectu ipso comprobata  
 ram. Cum tamen ex reverendo in Christo Patre, Domini  
 Episcopo Varmiensi intellexerimus, multum & ad oppor  
 tunitatem illius loci, & ad devotionem commodius exer  
 cendam conducere; si quam primum Ecclesia illi adjung  
 retur; atque ex ea ratione Ecclesia illius securitati in  
 munitatiq̄ue, sublatis omnibus impedimentis prospicerem  
 dandas hasce iterum ad Fidelitatem tuam duximus; et  
 lit hac in parte memorato Secretario nostro gratificari, et  
 que ipsa declarare, spem nostram de promisso à Fidelitate  
 tua prestando, non inanem fuisse. Non deerunt quoque  
 casiones, quibus Nos studii hujus Fidelitatis tua, gratos  
 se, exhibebimus. Quam de cetero bene valere cupimus. Da  
 tum Varsavia die XIII. mensis Februarii Anno Domini  
 MDCXIX, Regnorum nostrorum Polonia XXXII. Suedia  
 vero XXV. Anno.

SIGISMUNDUS REX.

Nequaquam potuit amplius sive promisso suo  
 ve potius Regiæ voluntati authoritatiq̄ue Grati  
 nius adversari, quin et jam Taberna illa cederet; et  
 tuit tamen Sadorscium, ut aliam sibi, Lindenstadium  
 alibi procuraret, adigere. Et adegit sanè; vix enim  
 cum actis aliquot mensibus, exhibuit illi Sadorscium  
 Cauponam aliam, trans Heilsbergam unius circiter  
 horæ intervallo in Raunau sitam; non sine aliquo  
 quæ Sadorscium premerent, jam antè adjectis lup  
 riore anno conditionibus. Super quibus, tabula  
 ter eos III. Non. Decemb. Anni MD CXVIII. con  
 ptæ ac signatæ in Tabulario Lindenstadiensi hujuscem  
 extant.

Quarto à Regia conatu diversoriū facello adiacens obtinetur. 279

Hodie conventum est, ut contractus permutationis pro Capella Lindenfi, & Taberna cerevisiaria, antea inter nos initus, nunc etiam secundum vigorem litera, in omnibus punctis firmus esse & manere debeat. Cuius causā ego Stephanus Sadorsky S. R. M. Secretarius, magnifico Domino Ottoni à Groben, Capitaneo Schackensi, Tabernam in Raunau, illustrissimi Episcopi consensu à me emptam, simul cum horto hodie tradidi; efficiamq; ut Tabernator debitos census & operas, illustrissimo Domino Episcopo ex istis mansis praestet; ne, quidquam mensa episcopali decedat. Et si posthac praedictus Dominus Capitaneus Tabernam potius vendere, quam iure suo uti voluerit, tum ego idoneum emptorem ipsi procurabo. Quod si etiam praesens inhabitator Taberna, pro cerevisia ei non satisfecerit, & sic in as suum incurrerit, tum promitto, me eius nomine, quidquid abhinc intra octo septimanas, pro debito ei ratione cerevisia restiterit, solutionem facturum. Pro cuius rei fide hanc obligationem, manibus & sigillis nostris communiavimus. Sislaky XXI. Decemb. Anno MDCXVIII.

(L.S.)

Otto à Groben,  
Capitaneus Schackensis  
mp.

(L.S.)

Stephanus Sadorsky,  
S. R. M. Secretarius  
mp.

S 4

CAPUT

## CAPUT IX.

Aræ, pro futura sacelli fabrica, magno operarum labore purgata  
ipsoque Præsentationis B. V. die apertâ, numismata & Alta-  
re in eadem reperta.

**I**lluxit tandem aliquando desideratissima, & tot  
tantisque piorum votis expetita diutissime die  
qua restaurando Lindæ Marianæ sacello manus ad-  
moverentur. Simul enim atque Sadorfcus, Sigismundus  
di Regis, Regiæque Domus & Aulæ ope atque opera,  
Lindæ possessionem adiit, ad futuram sacelli fabri-  
câ, Lindæ possessionem adiit, ad futuram sacelli fabri-  
câ, quantâ maximè potuit, celeritate se accin-  
xit. Neque Rudnicus Antistes, qui ad vindicandam  
Lindam primum præcipuumque admoverat labo-  
rem, ad inchoandam promovendamque fabricam  
deesse potuit. Placuerat, non aliò, quam quo olim  
steterat, loco, recens postliminio sacrarium colloca-  
re; adeoque iisdem, si fortè adhuc extarent ac repeti-  
ri possent, superstruere fundamentis; ut non tam no-  
vum, quam Phœnicis adinstar, illud ipsum, quod diu  
antè vigerat, videretur resurgere ac renasci: Ipse  
pidum ruderumque acervus ingens, quo primum in  
co Deiparæ Ædes posita fuisset, spectantibus factum  
monstrabat; sed idem ipse acervus, quò magis in  
tam assurrexerat molem, eò & fundamenta vetera, &  
ipsam sacelli plantam, quasi sepultam, magis occulte-  
bat. Eruderandus proinde ante omnia erat locus, &  
purgata ab imo aræ, producenda in lucem prima  
la vetustissimaque sacrarii fundamenta. Verùm  
*labor, hoc opus erat.* Præter enim residua prioris sacelli  
rudera, & aggesta undique saxa, tantum à sacrilegi  
icono-

iconomachorum manibus, de colle juxta posito, in excisi aream sacelli affusum erat arenæ, aggestumque lectarum undiq; sordium ac purgamentorum, ut unde primùm operæ aggredierentur opus, aut quâ tandem parte manus admovent, difficilè etjam Sadorscio præsentari constaret. Non pauciores triginta, ligonibus, bipaliis, sarculis, aliisque fossoriis ad opus instrumentis probè armatas, principio admovit operas; neque operæ segnius operi, quàm decebat, manus admovent: sed quò magis incumbunt, eò videbantur promoveri minùs; ut post gravissimum prioris diei laborem, non infectâ modò, verùm & desperatâ propè re abierint. Sed, non Sadorscius perinde atque operæ, despondere animum potuit; quippe qui in Deiparæ auxilio spem fiduciamque omnem ita defixerat, ut qui priorum tot laborum ac votorum tantopere esset compos factus, de posterioribus nefas sibi, vel tantillum, ambigere duceret. Itaque postero die, iterum operas, ut antè operi admovent; sed non alio, quàm antè, conatu; quin majore, quàm antè tum fastidio tum dolore, aut potius desperatione. Instabat proximus Deiparæ, in Templo præsentatæ dies, qui in ix. Kal. Decemb. incidit; quò majore spe animoque erectus Sadorscius, de purganda in illum diem Area, omnes curas cogitationesque suas confixit; minimè dubius, eò magis affuturam singulari auxilio Deiparam, purgandæ illâ die Adis suæ Areæ, quò plus in eadem Area, quò purgaretur, esset repertum; ut jam tum, quasi cum instaurata sui in Templo præsentatione, sui apud Lindam Templi possessionem adiret. Quocirca ubi primùm

mum diluxit, operi vixdum inchoato, tertium instare alacrius jubet. Res mira, ac prodigio similis omnibus visa, adeoque jam ante à Ciaritio annalibus hunc in modum prodita. *Tantam arena ac ruderum molem, ex illius loci area, per homines triginta, intra mediū dies spatium, egestum fuit, quantum aliàs trecenti vix biduo egressissent.* Quocirca omnes inde sibi mutuum gratulari, juxta, ac gaudere; sed præ omnibus, ipse Sadoriscus triumphare ac propè exilire gaudio: tantoque majoribus, melioribusque spei ac fiduciæ auris vela implere, quò majora divinæ in ea causa benignitatis ac providentiæ monumenta, quasi manu jam tenebat. Nam & illud, quantum omnibus in commune gaudium fiduciamque attulit, quòd, ubi paulò altius effossa est humus, ipsum dirui olim tæcelli pavementum, & statumen coctili lapide torante secula stratum, oculis se spectandum objecit? Cujus sub adspectum, dum animosius operæ instanti numismata quædam inter rudera, gratum oculi spectaculum acciderunt: quæ quidem cum nonnulli in ipso ruderum fundo patuissent, simul inde etiam animus patuit, illa haud nuper, sed sub ipsum eisdem dii tempus jactata à piis, & postmodum superaggestâ arenâ ruderibusque fuisse obruta. Neque enim pietas religioque hominum, quæ tam diu apud omnes eminebat, subruï ita potuit, quin per denatollos etiam intra rudera jactatos, aliquod sui vestigium loco religioso imprimeret. Sed & ipsis operi egestioni animosè instantibus, non modicam inpresserunt alacritatem, ut eò magis connitendū

opu

opus promoverent. Quod dum faciunt, præter omnium spem, atque expectationem, Altare, quod cum sacello subrutum unà fuerat, inter rudera propè integrum repertum est. Hic verò universi, Sadorficio præeunte, in gratiarum actionem laudesque DEO agendas, effusi iterum sunt. Tametsi enim Altare illud, ob situm, infra terram integro seculo contractum, ampliùs usui esse non posset; exhibebat tamen omnibus manifesta vetustæ Catholicæque pietatis monumenta. Sed & aperta eodem tempore, veteris sacelli fundamenta plurimum addiderunt lætitiæ & alacritatis. Licet enim, quæ parte supra terram fuerant educta, tum ab aggesta desuper humo, tum multò magis à frequentibus integro seculo imbris, pluviis, nivibus, & id genus tempestatibus, vitii nonnihil contraxerant; facilè tamen repurgari ac refici, proinde & ad accelerandam suo tempore fabricam, maximo poterant esse usui. Super omnia verò, gaudium universis accumulavit, ipsa præsentatæ eo die Virginis in Templo Hierosolymitano memoria. Perluadebant enim sibi, quemadmodum ipsa Deipara, die illà, uti sanctus Damascenus (a) scribit, adducta in Templum, plantata in domo Domini, & impinguita Spiritu, veluti Oliva fructifera, omnis virtutis habitaculum facta est; cum ab omni seculari vita, & carnali concupiscentiâ mentem abduxisset; & sic virgineum animum, simul & corpus conservasset, ut decebat eam, quæ in sinu DEUM susceptura erat: ita in illo Deiparæ sacello, non secus atque olim, super-

(a) lib. 4. orthodox. cap. 15.

superstite Tiliâ, quod jam alio loco adverrimus, Deiparam instat semper florentis ac vigentis virentisque Tiliæ, & frondibus, & floribus, & umbrâ, & omnibus erga mortales benignitatis, beneficentia, patrociniique officiis certaturam: eò fortasse magis, quò iterum Linda Mariana, à seculi istius potestate exempta, illiusque concupiscentiis minus jam obnoxia, Dominæ ac Patronæ luæ cælestis, intaminatam ac perpetuam imitari deinceps videretur posse Virginitatem.

### CAPUT X.

Sacellum intra anni spatium reedificatum, atque eximio splendori restitutum.

**Q**uo tempore repurgandæ in fundo Lindensî A-reæ intendebat Sadorcius, eodem cum ille quoque, tum ipsemet Rudnicus Episcopus materiem futuro operi fabricæque strenuè apparabat. Neque apparabat solùm, sed et jam, cum per hibernas nives, carpentaria, ut vocant, via non leviter jam strata, trahis sive chamulcis commodam, ultro citroque commeandi occasionem jam dedisset, undique curabat deportari. Ac ligna quidem è vicinioribus Resselio silvis, uti & saxa ex agris vecta sunt; at laterculi coctiles, uti & calx, & ferrumen cæmentorum, non tantùm Resselio, verùm & vicinis ex oppidis, potissimum verò Bistenio, Bisburgo, Seeburgo, atq; Heilsbergâ deportari oportuit; ut & hæc oppida, unde de restaurato Lindensî sacrario gloriari jure possint, ab undè habeant. Quæ hieme perfecta cum essent, appetente primùm vere, ut fabri cæmentarii murum quam

quàm citissimè educerent, Sadorscius omnes curas cogitationesque intendit. Et tanta fuit, cum illius vigilantia, tum alacritas contentioque structorum, non pactam magis mercedem, quàm Dei & Deiparæ gloriam, ob oculos sibi positam assiduè habentium; ut anno vixdum circumactis & parietes, & tectum, imbricibus solidè excoctis munitum, tantò majore omnium gaudio, quantò minòre præconceptâ spe, constiterint. Et tectum quidem, non, ut ante excidionem fertur fuisse, cum compluvio, sed (quandoquidem Tilia quæ Tecti vicem ex parte suppleret, nulla jam erat) integrum, & quidem pectinatum, sive displuviatum, cum fuggrundiis austrum & boream, versùs porrectis, statui oportuit; gemino Orientem occidentemque versùs culmine seu preromate, non ad firmitatem solum, verùm & ad elegantiam pulcherrimè fastigiato. Cui egregiâ structorum operâ atque dexteritate, ad instar cælaturæ cujusdam variis discriminato projecturis, ne quid elegantiae decorisque deesset; aut potius ne eorum, qui in vindicanda restaurandaque; Linda Mariana plurimum adjuvisent, memoria subito intercideret, adhibitâ pictorum operâ Sadorscius providit. Ac medium quidem locum dedit serenissimorum Poloniæ Regum insignibus, quia eorum maximè operâ, autoritate, atque studio Linda vindicata est: tum deinde dextrum serenissimorum Prussiæ Ducum, uti & sinistram illustrissimi Episcopi Rudnicii signis; quia, ut istius summâ contentione atque impendiis, ita illorum æquitate juxta ac autoritate est restaurata, & contra malignorum insultus æternùm stabilita. Ad eandem sacellæ

cræ Ædis elegantiam, vel potius ad excitandam populi adventantis pietatem, adjecit Sadorscius epigrammata ipsis suggrundiis Latinâ Germanicâque linguâ proximè inscripta, commodissimeque ex sacris literis sumpta. Septentionem & Occidentem versus inscriptus est locus ex 2. Paralipomen. libris (a) *Oculi mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius, qui in loco isto oraverit. Elegi enim, & sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei & cor meum, ibi cunctis diebus.* Ad Austrum, occupat locum versus ex eodem libro (b) *aperi oculos tuos, super domum istam diebus ac noctibus: super locum, super quo pollicitus es, ut invocaretur nomen tuum.* Denique ad Orientem ex alio ejusdem libri loco (c) *Audi vi orationem tuam, & elegi locum istum mihi in domum sacrificii.* Cæterum ut illa, quæ olim à Tilia, sacellum tectumque sacelli egressa, adeoque Te&ti vicem obeunte, sive majestas, sive elegantia, non magnopere desiderari apud Lindensem Ædem posset, variis tecto ornamentis additis compensavit Sadorscius. Nam & in supremo pinnaculi vertice Occidentem versus spectante, quasi coronidis locum Angeli statuam affabrè cælatam, Christi que de Cæce pendentis effigiem manu utrâque præferentis, non sine raro & gratissimo intuituum spectaculo posuit: & in Orientali pinnaculo, Turriculam pro ære campano, è muro lateritio eduxit, tecto que hexagonâ figurâ in apicem desinente eandem coronavit: & ad extremum alterâ itidem turriculâ quadrato

(a) cap. 7. 15. (b) 2. Paral. cap. 6. 20. (c) cap. 7. 12.

to tecto, pyramidis instar, in altum assurgente, machinæque ad horas indicandas suo tempore construendæ ului futurâ, medium sacelli tectum exornavit.

Jam verò intra sacellum ipsum, majore etjam cultu atque elegantia Sadorscius ornare pleraque aggressus; lacunar quidem è ligno & asseribus poluit, sed nequaquam rudi operâ. Nam & asseres infra tigna atque trabes, non modò runcinâ examussim politi artèssimeque sibi commissi, verùm & intertinguis, areolarum in morem variè distinctis, & rosis nitidissimè sculptis auroque litis, ad areolarumque extima ubique decenter interfertis, tabulatum aspectu gratissimum reddunt; & ipsæ tabulati areolæ (quæ sculptis itidem, auroque vel argento perlitis fertis undique clausæ, varias Christi passi, Deiparæque imagines, coloribus accuratè expressas includunt) pietatem ac religionem, amænitati mixtam referunt; ut inuentibus jure liceat illud S. Paulini in VI. Natali usurpare.

*Ecce vides, quantus splendor, velut Æde renatâ*

*Rideat, in sculptum camerâ crispante lacunar!*

Quibus S. Paulini versibus, qua amœbæum respondet carmen, majori Ædis nostræ Aræ inscriptum:

*Vernascit Tilia decus immortale renata.*

Porrò Ara major, quæ sola initio posita erat, pro illius temporis usu, etjam vulgarem artis censum supergressa, principe loco magnæ DEI Matris effigiem, ad modum Romanæ (quam à sancto Luca pictam, vulgo *maiorem* appellant)

*consis-*

continebat expressam; cujus tamen loco, quia loco  
 religionisque dignitati, non satis ex æquo videbatur  
 respondere, Patres Societatis, simulatque Lindam  
 Marianæ curam susceperunt, aliam (quæ hodieque  
 magna cum Majestate & populi veneratione, Aram  
 Ædemque exornat) curarunt, manu Bartholomæi  
 Pens pictoris Belgæ; qui captâ à Sueco Elbingâ, Vil-  
 nam usque commigrârat, præclarè effictam. Ad latera  
 ejusdem Aræ, super ipsas, quibus Ara claudi Solei  
 valvas curavit idem Sadorscius, hinc quidem S. Ste-  
 phanum Protomartyrem, inde verò S. Ignarium So-  
 cietatis Jesu Fundatorem pingi; utrumque Patro-  
 num singularem suum: nam & illius nomine, ab ipso  
 sacro lavacro, initiatus erat; & hujus Societati Lin-  
 dam, quemadmodum suo tempore evenit, jam tum  
 (quò videlicet uberiores in peregrinorum aliorum-  
 que omnium Lindam frequentantium provenirent  
 fructus) animo destinârat. Verùm dum Aram, alia-  
 que sacelli ornamenta, quæ percensere operosum e-  
 set, Sadorscius, pro sua pietate industriaque matronæ  
 majore etiam curâ, cætera, quæ ad sacram divini  
 sacrificii in Ara faciendi supellectilem attrinebant, per-  
 curabat: quæ quidem, sive calices, sive sacram vasa  
 spectes, plerarumque Ecclesiarum aliarum, quæ divi-  
 tissimè antè in Prussia, alibi que viguerunt, supelle-  
 ctilem abundè superabant.

Et si verò tum ea, quæ diximus, tum multa in super-  
 alia; ad instauracionem sacelli, domusque in usus sa-  
 cerdotum ipsi sacello adjunctæ necessaria, per se ipse  
 met Sadorscius agebat; plurimum tamen etiam alio-  
 rum, præsertim Rasselensium civium consilio & o-  
 perâ

perâ adjurus est. Quos inter strenuam cum omni familia sua navavit operam Joannes Ageison; qui non modò nomina ac rationes omnes in adversaria referebat, ideoque fabrùm aliarumque operarum præcipuam gerebat curam; verùm & suis quoque impendiis, quæ apud superstitem ejus viduam ipse vidi, non pauca in restaurandâ Lindæ utum faciebat. Erat Joannes patriâ Danus, literis & Philosophiæ quoque studiis, in quibus Artium Magister creatus erat, præclarè instructus: religione verò Catholicâ, quam cum literis apud Patres Societatis Jesu hauserat, majorem etiam cum laude, ad promovendam aliorum salutem incitatus. Proinde, in patriam Lutheranâ ubique hæresi laborantem redux, ductâ uxore & ad Ecclesiam Catholicam feliciter reductâ, literarium ludum, magna cum nominis fama, aperuit: juvenus enim non scholam modò verùm & mensam præcipua frequentavit; parentibus aut propinquis id enixè ab eo flagitantibus; eò quod illius commissos disciplinæ, non literis solum, verùm & moribus egregiè viderent omnes perpoliri. At ille, quemadmodum fixum animo apud se habebat, juvenibus, quos idoneos advertibat, Catholicæ fidei Ecclesiæ moresque sensim instillare, & ad divinæ ludum sapientiæ, quæ valebat industriâ, eosdem promoveret. Neque minimum constitit operæ precium. Non pauci adolescentum ad Ecclesiam reducti, aut ut mox reducerentur, ad scholas Societatis Jesu plerumque ab eo Brunsbergam directi, ad suam aliorumque salutem gnaviter formabantur. Non potuit tanta Joannis virtus ad extremum latere: incurrit in aliorum, & maxime

T

mè

mè ipsorum Prædicantium oculos: qui, cum per aliquas  
 quasdam quasi rimas, tum maximè per libros (quos  
 illi adolecentes Brunsbergæ atque alibi scriptos, quos  
 aliis quoque contribulibus suis, Catholicæ lumen  
 veritatis exhiberent, studio quàm exitu meliore, in  
 patriam submittebant) illam veræ fidei lucem, à Jo-  
 annis promicare ædibus tandem agnoverunt. Quo-  
 circa lymphaticorum in morem, omnia Regni  
 Regni tribunalia in Joannem ita armant, ut ille se-  
 familiam suam, immani juxta ac subitæ tempeste  
 subducere vix potuerit. Subduxit tamen, contem-  
 feliciter tot inter pericula navi; ac Deo duce primò  
 Brunsbergam, inde ad Rudnicium Episcopum Hele-  
 bergam appulit: à quo humanissimè paternè que ac-  
 ceptus, Kesselij demum (coëmptis Friderici Berentii,  
 de quo aliàs diximus, ædibus) sedem fixit; vel eò non  
 infelix, quòd instar Abrahamæ, *de domo & cognatione sua*  
*egressus*, non modò in terra, ad quam Deo duce vene-  
 rat, eidem Deo, qui illi in divina ad Catholicam Ec-  
 clesiam vocatione apparuerat, Altare (dum ad Lindæ  
 Marianæ instaurationem juvat) erexit (a) verùm &  
 filium suum Gorgonium, *super unum* tot religiolo-  
 rum in Ecclesia Catholica *montium*, tanquam alte-  
 rum Isaac, in Societate Jesu obrulit: in quo, & per  
 quem, divinam accepisse credendi sunt benedictio-  
 nem, non ii duntaxat, qui sub tanto in Academia Vil-  
 nensi, Theologiæ jurisque Canonici Professore at-  
 que Doctore, literis sublimioribus ac omni pietate  
 hætenus sunt imbuti, verùm & ii, qui per eosdem  
 eorumque posteros, futuris imbuentur temporibus.

(a) Gen. 12. 7.

CAPIT

## CAPUT XI.

Sacellum Lindense à Rudnicio Episcopo consecratur, & B.V.M.A.  
R.IÆ summâ animi exultatione dedicatur.

**I**nstaurato Lindensi sacello, unum illud, quod omnibus sacris Ædibus, quasi sacrae cujusdam coronidis loco addi solet, adhuc deerat, Consecratio videlicet atque Dedicatio. Obtinuit enim non in veteri duntaxat Testamento, verum & in ipsa à Christo Domino instituta Ecclesia, jam inde à primis Christiani nominis temporibus, constantissimus usus, atque consuetudo; ut & recens exstructorum, & restauratorum postliminio Templorum Encania, non sine maxima populi Christiani lætitia atque exultatione agerentur. Libet vel unicum ex omni antiquitate exemplum, quod Eusebius ad causam nostram peraccommodum refert (a) hoc loco memorare. Posteaquam enim recensuit, quo pacto à Maximini aliorumque Tyrannorum obitu, Pax Christianis, vel potius, ut Eusebius ipse loquitur, *lux solis Ecclesis, ac Templis illustrior affulsit*; continuo addit; *Ex quo aderat cunctis, velut divino munere infusa lætitia, maxime videntibus ea loca, quae pauld antè impiis Tyrannorum machinis fuerant destructa, rediivivâ constructione clariora & celsiora consurgere; Templaque excelsa præ humilibus conventiculis elevari.* Deinde, & de ipsa Ecclesiarum consecratione ita scribit; *Festivitates à nostris frequentissima agebantur cum omni lætitia & exultatione, dedicationibus Ecclesiarum per arbes & loca singula celebratis.* Magnopere quoque Lindensis Ædis dedicationi prælusit ac præluxit

(a) lib. 4. hist. c. 10.

exemplum Machabæorum longè illustrissimum. Ibi Templum à gentilibus, hîc ab hæreticis dirutum, & in profanos usus conversum est : ibi à Juda Machabæo electi sacerdotes, qui mundarent sancta (a) hic Regiâ, ut vidimus, autoritate, magnus sacerdos Rudnicus, manum cum suis, repurgando admovit loco. Ibi edificaverunt sancta, & quæ intra domum erant intrinsecu; & Aedem, & Atria sanctificaverunt (b) hic omnibus intra Aedem sacram restitutis, unica defuit Consecratio atq; Dedicatio; quam idè Pontifex per se tandem absolvit. Ibi facta est lætitia magna in populo, & aversum est opprobrium gentium (c) hîc Dedicatio maximâ omnium orthodoxorum gratulatione peracta est, aversumque opprobrium sectariorum. Ibi statutum est, ut agatur dies Dedicatiois ab anno in annum per dies octo, cum lætitia & gaudio (d) qui dies testus accepit nomen Encænia, quod etiam in Evangelio retinet (e) aliàs, teste Josepho (f) festivitas luminum, vel etiam lumina dictus; Vocamus, inquit ille, hanc festivitatem luminum, opinor ideo, quòd ex misserato illuxerit nobis tanta felicitas: hîc non tam annua, quàm perennis ac perpetua quædam, à populis undique indies confluentibus festivitas agitur; quæ etiam festivitas luminum dici possit; quia per hæc Encænia (quæ juxta Redanum (g) Initiata sive Renovata, si liceret, appellari possent) & loco prisca religio atque dignitas iterum affulit; & populis in Cimmericæ scætarum caligine juxta degentibus, Catholicæ lux ve-

(a) 1. Mach. 4. v. 42. (b) v. 48. (c) v. 58. (d) v. 59. (e) Ioann 10. 22. (f) lib. 12. antiq. cap. II. (g) ad 1. Mach. 4. §. 83. & seq.

itatis, quasi è Pharo quadam accendi atque lucere cepit. Denique & à singulari, quæ in animis piorum repente emicuit, gaudii lætitiæque luce, festivitas illa luminum fuit. Quæ quidem lætitiæ lux, etsi communis omnibus fuerit, Rudnicus tamen Episcopus illam sibi præ omnibus singularem expertus est; aut certe reliquis omnibus præripuisse visus est. *Vnum* hoc, inquit de eo Ciaritius (a) antequam universæ carnis viam ingrederetur, ille summo desiderio optabat; post receptum jam & expiatum Elbingense Templum, cultumque orthodoxæ pietatis in illud postliminio reductum; post Regiomontanum Romane Religionis exercitium procuratum; ut Marianæ Tiliæ Oratorium cerneret restitutum. Vidit, antequam Spiritum celo redderet, & immensè lætatus est; cygneumque illud ac divinum acroama, in quod Simeon quondam, viso contrectatoque in infantilibus DEO proruperat, exultante spiritu pius Antistes cecinit, ex mortali vitæ ærumnis petens dimitti. Et satis se ad eam diem vixisse rebatur, vir immortalis vitæ dignus, cum non solum, B.V. Oratorium eleganter readificatum intueri; sed etiam illud DEO Opt. Max. solennibus ceremoniis sacrare, & sacratissimæ Virgini Mariæ, Christiano ritu addicere, divino munere illi concessum fuisset.

## CAPUT XII.

Rudnicii, succedentiumque deinceps Episcoporum Varmiensium, in B.V. Lindensem, religio, pietas, ac munificentia.

Defunctus longâ & diurnâ jactatione Rudnicus, restaurato & dedicato jam Lindensi sacello, in portu securus ac hilaris jam stabat votorum; pote-

T 3

(a) pag. B 5.

poteratq; quando, & quoties libebat, suæ erga I  
 dam Marianam pietati laxare vota. Et laxavit sa  
 quoad reliquum vitæ superfuit. Nam, quoties  
 supplex quovis anno illuc accessit? quoties vota  
 gaudio, agendisq; gratiis mista geminavit? N  
 erat opus, ut eum, quemadmodum plerosque,  
 morbus, aut necessitas aliqua, casusvè eò cogere  
 tro, ac libens, volensq; identidem accurrebat  
 delitiistuis, & quidem tam diu, tantaq; conten  
 ne quæsitis, tandemq; partis coram frueretur.  
 enim prius quàm sacellum restauraretur, aut ipse  
 cus lacer vindicaretur, committere non potuit,  
 eo animi sensu, ac pietate, qualem Ciaritius oculat  
 interdum testis descripsit, identidem accederet, qui  
 censemus deinceps ab eo factum? Non celanda hoc lo  
 co videtur, inquit Ciaritius, in sacrum hunc locum, reve  
 rendissimi olim & pientissimi Prasulis Varmiensis Simoni  
 Rudnicii, dum viveret, affectio. Ardebat perpetuo, flave  
 mantis illius pectoris, erga eius solitudinem devotio, pietas  
 exundabat. Solitus erat proinde quotannis, comitante uni  
 versâ familiâ, senili provectâq; atate nequaquam ar  
 dante, ad sacratissimam Virginem eò loci venerandam, pe  
 destre iter aliquoties instituere. Inter viam profundum  
 quod divina decet, silentium; elevatio mentis in Deum longè  
 à terrenis semota; interdum precatoriarum spherularu  
 rum versatio adhibebatur; interdum voce Dñus, voce Ma  
 ter Virgo celebrabatur, pio Antistite sacri chori duce præ  
 eunte. Postquam verò locum sacrum attigisset, sancta  
 membra honorabilis Prasul terra illidebat: ex imis carni  
 latebris, suspirabundi erumpabant gemitus, singultus gemitus  
 nabitur; oculis stillante  
 tim desertum locum riga  
 ces, crebra condensabat  
 am ad ver sum se, ad ver  
 sâ abundantiis consolati  
 lacer se domum recipieb  
 Rudnicium secuti d  
 illo vestigia ad Lindat  
 triverant. Primus, qui a  
 miensem tenuit, fuit le  
 Albertus, Sigismundi I  
 modum ceteris in virt  
 Regis erga B. V. Linde  
 ner, inter plura, quæ p  
 animo destinârat, uni  
 tit, & quidem plurim  
 lum Desparæ Linden  
 Societati Jesu Colleg  
 ea, quæ pollebat autho  
 rerum & immunitate  
 utrumque adscribens  
 tam diu profanum re  
 & à seculi hujus jage  
 plitudinem dignitate  
 bus, neminem ma  
 quod diligenter asse  
 tu.

Episcoporum Varmiensium B  
 nabatur; oculis stillante  
 tim desertum locum riga  
 ces, crebra condensabat  
 am ad ver sum se, ad ver  
 sâ abundantiis consolati  
 lacer se domum recipieb  
 Rudnicium secuti d  
 illo vestigia ad Lindat  
 triverant. Primus, qui a  
 miensem tenuit, fuit le  
 Albertus, Sigismundi I  
 modum ceteris in virt  
 Regis erga B. V. Linde  
 ner, inter plura, quæ p  
 animo destinârat, uni  
 tit, & quidem plurim  
 lum Desparæ Linden  
 Societati Jesu Colleg  
 ea, quæ pollebat autho  
 rerum & immunitate  
 utrumque adscribens  
 tam diu profanum re  
 & à seculi hujus jage  
 plitudinem dignitate  
 bus, neminem ma  
 quod diligenter asse  
 tu.

nabantur; oculi ſtillantes lacrymis liqueſcebant, & ubertim deſertum locum rigabant. Arcanas hiſ iungebat preces, crebra condensabat ſuſpiria; Deum ad miſericordiam adverſum ſe, adverſum alios provocantum; & ſuperbiſſa abundantiſſus conſolatione ſuperfuſus, votorum certus, alacer ſe domum recipiebat.

Rudniciſium ſecuti deinceps Antiftites, preſſa ab illo veſtigia ad Lindam Marianam conſtantiffimè triverunt. Primus, qui ab ejus obitu Episcopam Varmienſem tenuit, fuit ſereniffimus Princeps Joannes Albertus, Sigifmundi III. Regis filius: qui, quemadmodum cæteris in virtutibus, ita & in inſita Domui Regiæ erga B. V. Lindenſem pietate, minimè degener, inter plura, quæ pro maximo ſuo in eam ſtudio, animo deſtinârat, unum quoque opere ipſo præſtitit, & quidem plurimi æſtimandum: quando ſacellum Deiparæ Lindenſis, unâ cum adjuncta ædicula Societati Jeſu Collegii Reſſeliens ſis donatum, pro ea, quâ pollebat authoritate, non modò confirmavit, verùm & immunitati libertatibusque eccleſiaſticis utrumque adſcribendo, locum, quem Iconoclaſtæ tam diu profanum reddiderant, ſacratiorẽ effecit; & à ſeculi hujus jugo ad eccleſiaſticæ libertatis amplitudinem dignitatemque provexit. Quibus de rebus, neminem magis, quàm ipſum in diplomate, quod diligenter aſſervatur, loquentem audire juvatur.

*Ioannes Albertus, DEI gratiâ Polonia & Suecia Princeps  
Episcopus Varmiensis.*

**C**UM & muneris nostri, divinâ voluntate ad no-  
delati, rationes, & laudatissimorum majorum  
nostrorum quotidiana fere exempla postulent, ut  
hil magis quàm cultus divini propagationem & au-  
gmentum ubique sed vel præcipuè in Episcopatu  
curæ nostræ commisso, in votis habeamus; non po-  
sumus non mirificè complecti piorum vota, liberali-  
tatem & largitiones, quibus ceu validissimis fulcibus  
idem cultus Numinis divini non tantùm firmiter sus-  
tineatur, verùm etiam magis ac magis in dies no-  
vulgari fidelium consolatione felicissimè promo-  
veatur. Proinde cùm diebus proximè elapsis &  
Commissariorum nostrorum, non ita pridem ex E-  
piscopatu nostro reversorum relatu intellexissemus,  
& ex Authenticis documentum percepissemus No-  
bilem Stephanum Sadorsky Capellam muratam  
Lindensem B.<sup>ma</sup> Virg. Mariæ prope Resselium in  
Ducatu Prussæ ad fines Provinciales sitam unâ cum  
domo eidem Capellæ vicina religiosi Patribus Soc.  
Jesu jure culmen perpetuo & irrevocabili decessis  
donâsse, atque ad Acta sive coram officio nostro  
Heilsbergæ die 7. Maji Anno proximè elapso  
MDCXXXI. inscripisse, & in perpetuum judicialiter  
resignâsse, eandemque simul inscriptionem & resig-  
nationem nomine eorundem religiosorum Patrum  
Soc. Jesu, ab ipsismet Patribus tum præsentibus  
ceptatam atque iisdem Archivis nostris insertam  
munitam esse, summopere recreamur, vel eo præse-

tim quòd isti Religioni sive ordini locus is celeberrimus cesserit, cujus sana & salutaris doctrina nec non sancta exempla uti multas alias provincias & regna, ita Episcopatum quoque erexerint, confirmarint, illustrarint, & nunc etiam feliciter faventibus superis sustineant, & illustrent. Ut itaque præmissa omnia robur & firmitatem, debitam obtineant, non solum petitioni & precibus eorundem reverendorum Patrum benignè annuendo, verum etiam pro debito muneris nostri augendi cultus divini studio, & erga eosdem Patres singulari animi nostri propensionem superiùs expressam donatione, inscriptionem, resignationem & cætera omnia in præmissis facta Authentica nostra ordinaria confirmanda esse duximus, uti quidem in DEI nomine ratificamus, confirmamus, eandemque Capellam unà cum fundo, in quo consistit, & domo vicina immunitati Ecclesiasticæ adscribimus harum testimonio literarum, quas robur perpetuæ & irrevocabilis firmitatis habere volumus. In majorem omnium præmissorum fidem præsentem manu nostrâ subscriptas sigillo nostro muniri jussimus. Actum & datum Varlavizæ die 6. mensis Junii Anno MD CXXXII.

*Ioannes Albertus*

(L.S.)

*Jacobus VVierzbienta Doruchorosky.*

T s

Ea-

Eâdem planè tempestate, quâ serenissimus Princeps Joannes Albertus Episcopatum obtinebat, illustrissimus D. Michaël Dzialynsky, hoc quidem Camenecensis, illo verò tempore Hipponensis Episcopus, unaque suffraganeus & Canonicus Varmiensis, vices Principis, divinis potissimum in officiis, ita supplebat, ut tamen in cultu ac pietate erga Deiparam Lindensem suas quoque partes strenuè obiret: neque enim solùm adire locum sacrum per occasionem, verùm & præclaris ornare donis in usu habebat. Extat adhuc Calix argenteus pro facienda re divina ab eo datus; plerisque multùm acceptus, ac præ reliquis adhiberi solitus, sive quod inter primos fuerit Deiparæ Lindensi oblatas; sive etjam quod ad usum sacrificii, præ cæteris, videatur accommodatior.

Principi Joanni Alberto in eadem juxta Provincia Varmiensi, atque in singulari erga B. V. Lindensem pietate, successit illustrissimus D. Nicolaus Szyszковский: qui, sicut pro officii sui ratione ac dignitate, verissimè cum Regio vate, *dilexit decorare Domus DEI*; ita cum cæteras omnes, in tota Diocesi, Ecclesias, beneficiis, muneribusque cumulasset, ut propè nullum sit Templum vel Ædes sacra, quam ille vel Calice, vel Pyxide, vel Cruce, vel alio ex auro, argento, vestibusve sacris, etjam precii majoris, munere non ornârit; in Lindensem tamen Deiparæ eâdem singulari ferretur studio, atque beneficiâ. Tametsi enim ad fundandum, & ab imo struendum Societati Jesu, tum Templum, tum Collegium Regii animam curamque omnem addixisset; destinârat tamen animo, in ornanda augendaque Linda Mariana, su-

na, futuro majori operi ante quasi proludere: fecissetque, uti destinârat, nisi quorundam (nescio, quid Lindæ intra fines A catholicorum sitæ, haud satis prudenter metuentium) consilio & suâ ad novam Ædem, rotundâ figurâ, in deserto, juxta villam Springborn loco, ædificandam, manus animumque vertisset. Neq; tamen sic à Linda Mariana, quàm frequentissimè quotannis revisebat, liberalissimas potuit subtrahere manus, quin supra frequentes ex ære suo largitiones, quarum ego admodum conscius sum, Lindensi sacello, pro sacratissimo Eucharistiæ sacramento asservando, Pyxidem argenteam auro undiq; inductam, juxtaque precio ac magnitudine excellentem dicaret.

Nicolao Szyszkovio, non sine plurimorum dolore, rebus humanis exempto, occupaturus jam sedem erat, cujus & Regum Poloniæ & Summi Pontificis auctoritate jus adierat, illustrissimus Dominus à Konopat, Konopatus: sed fatis antè concessit, quàm suam, in sua quoque Prussia, Varmiamprehendisset. Non pauca & ille, tum in Collegium Resfeliense, tum in Lindam Marianam, apud animum suum consignârat beneficia; quæ et jam R. P. Georgio Leyer, uti fidissimo in peregrinatione Gallicana socio, sæpius coram exprompserat; sed piissimam optimi Præsulis, quanquam necdum ad coronidem ipso opere promotam voluntatem, gloria non hujus seculi, quæ plerumque aliquo vanæ gloriæ fumo deflorari solet, sed illius beatoris, uti spes est, excepit.

Decedentis Konopatii provinciam, ut & studium in Lindam Marianam propensissimū, occupavit illustrissi-

strissimus Wenceslaus Comes à Leszno; cuius etiam-  
 num divinâ grat. à superstitis, uti & reverendissimi  
 ejusdem suffraganei D. Alberti Pilchowitz Episco-  
 pi Hipponensis, Vicarii insuper, atque Canonici  
 Varmiensis, non addeceat hoc tempore ac loco, auri-  
 bus quidquam dare. Nihilo tamen minus, & mune-  
 ra, quæ illustrissimus Princeps jam obtulit; & pere-  
 grinationes, quas, cum intra provinciam est, non ra-  
 ras ad B. V. Lindensem obit; & lignorum, quæ ad la-  
 xanda peregrinorum hospitia non modò donavit,  
 verùm & deportari ad locum curavit, acervus sac-  
 magnus, etiam me tacente, ipsius in B. V. Lindensem  
 loquuntur, & futuris deinceps temporibus loquen-  
 tur pietatem ac liberalitatem. Si enim summo Pon-  
 tifici Paulo III. Turtellino (a) teste, magnæ fuit laudis;  
 quòd ad sacram Ædem Lauretanam, accipiendis et-  
 iam Regibus, principibusque peregrinis, idoneas  
 struxisset & Pontificâ quoque magnificentiam dignas  
 ædes; non poterit citra Lescinii Pontificis laudem  
 aut prædicari, aut etiam spectari diversorium, quod  
 accipiendis commodè peregrinis, ejus potissimum  
 beneficentia Lindæ jam assurgit. Quanquam & nos  
 cum suo loco votorum illius rationes & votivæ Ta-  
 bulæ causas enarrabimus, tacere nequaquam debe-  
 bimus, tanti Præsulis virtutem, ac pietatem. (b)

CAPUT

(a) lib. 4. cap. 10. (b) lib. 4. cap. 6. &amp; 31.

CAPUT XIII.

Sigismundus III. & alii serenissimi Poloniae Reges, Patrocinium Linda Mariana, & jus patronatus ejusdem sacelli, in se recipiunt.

**T**Antam esse humanae vim atque furorem impietatis, ut et jam caelo inferre manus ausit, docuit jam olim veterum de Gigantibus Philosophia: ut proinde sollicitus de restaurata ab se Linda Sadoiscius, nullum omiserit, quoad vixit, adversus eandem impietatem, quaerere & advocare praesidium. Quoniam verò nullum in terris majus atque firmitus, quam in serenissimorum Poloniae Regum Majestate, praesidium reperiri posse vidit, tantò se majore fiducia eò contulit, quantò se in vindicando sacro loco, ab eadem Regia benignitate atque autoritate magis adjutum meminerat. Quapropter supplex iterum Sigismundo Regi, toti que Regiae Domui advolvitur, & utrum sacellum ab se reedificatum, tum universum fundum ad Lindam attinentem, Regio patrocinio non indignum arbitrari, communire auctoritate Regia, & contra omnes adversariorum machinas atque vim tueri ac protegere dignentur, quam submississime obtecrat. Sigismundus Rex, pro ea, quae semper in Deiparam ferebatur pietate ac religione, proque incredibili, quo rem Catholicam ubique cupiebat propagatam, studio atque contentione, omnia, quam rogabatur, cumulatiùs praestitit: nam & se, serenissimosque heredes suos; & futuros deinceps Poloniae Reges, sacro Lindensiloco, perpetuum fore patronos professus est. Qua de re ipse Sadoiscius in  
Testa-

Testamenti tabulis Anno MD CXXIV. confectis, quæ in Collegio Resselienſi aſſervantur, Tu, inquit, patronatus & protectionem ſacelli & Fundi Lindeniſis, uti ſacra Regia Maieſtati & Regno inſcripſi, atque ſacra Regia Maieſtas, Dominus meus clementiſſimus in ſe, ac pro ſucceſſoribus ſuis recepit benigniſſimè; ita & hiſce nunc literis ſacra Reg. Maieſtati & Regno inſcribo, in perpetuum; quatenus eo tutius in loco iſto ſacro, religio & exercitium Catholica Romana fidei, perpetuis temporibus peragi ac vigere poſſit. Neque hinc tanti Regis pietas quievit; ſingulares inſuper literas ad ſereniſſimum Electorem ac Pruſſiæ Ducem, in cujus ditione Linda Mariana ſita eſt, perſcriptas dedit; atque ut is quoque, ſuo locum ſacrum patrocinio ſoveret, pro ea, quâ pollebat auctoritate, cohortatus eſt. Juvat eas literas, quæ in Tabulario noſtro Rſſelii aſſervantur, hoc loco retecti, non modò ut tanti Regis in Deiparam remque Catholicam ſtadium, verùm etiam ut ſereniſſimorum Electorum ac Pruſſiæ Ducum (quorum non minimè utique curâ ac providentiâ, locus ille ſacer tot jam annis illibatus vigeat ac floret) in ſereniſſimos Poloniae Reges obſervantiâ, fiant manifeſta. Sic igitur ad IV. Cal. April. Anno MD CXVIII. Rex.

*Sigismundus III. DEI gratiâ Rex Polonia magnus Dux  
Lithuania, Ruſſia, Pruſſia, Maſovia, Samogitia, Livo-  
niaq; nec non Suecorum, Gothorum, Vanda-  
lorumque hereditarius Rex.*

*Illuſtriſſimo Principi, Domino Ioanni Sigismundo Mar-  
chioni Brandenburgeni, Sac. Rom. Imp. Archicamerario &  
Electori, Pruſſia, Iulia, Clivia, Montium, Sterini,  
Pome-*

Pomeranorum, Cassuborum, Sclavorum, nec non Crofna Carnoviaque in Silesia Duci, Burggrabio Norimbergensi, at Rugia Principi; Amico, Affini, uti filio nostro carissimo, salutem & mutui amoris continuuum incrementum.

Illustrissime Princeps, Amice, affinis, uti Fili noster carissime. Pium generosi Stephani Sador sky Secretarii nostri institutum, restituendi & readificandi Oratorii, in fundo Lindæ, quod priscâ religione semper floruit, ita comprobamus, ut locum hunc sub Patrocinio nostro, majora incrementa sumere desideremus. Quamobrem, amanter ab Illustritate vestra postulamus, ut nostrâ causâ, favere quoque velit optimo propagandi cultus divini studio eius Secretarii nostri; atque ita negotium istud promoveri, ut nos reipsâ experiamur, Illustritatem vestram, quidquid nos valde velle intellexerit, eò Illustritatem vestram libenter studium voluntatemque suam accommodare. Cui diuturnam valetudinem à DEO precamur. Datâ Varsavia die XXVII. mensis Martii Anno Domini MDCXVIII. Regnorum nostrorum Polonia XXXI. Suecia XXV. Anno.

SIGISMUNDUS REX.

Quantum literæ istæ ponderis habuerint, atq; etiam jamnu habeant, ex ipsa, quæ in loco sacro pax, quies, tranquillitas, & securitas hætenus vigit, patere cuivis potest. Septimus jam supra tricesimum, à restau-rato sacello, decurrit annus; & ( si privatorum, ac de fece populi quorundam excipias petulantiam, aut potius amentiam ) nulla loco sacro, nulla cuiquam pere-

peregrinorum vis, aut contumelia illata. Quod ego quidem serenissimorum Electorum ac Prussiae Ducum curæ ac providentiæ, minimè dubitem in acceptis, secundùm Deum, referre. Tanta siquidem est serenissimorum Brandenburgicæ Domus Electorum, in Reges Regnumque Poloniæ observantia, ut eorum voluntatem atque nutum, pro imperio reputent; neque possint non habere magnam tum sacellum ipsius Lindensis fundi sollicitudinem, quorum tantam vident serenissimis Poloniæ Regibus inflexam curam, atque studium patrociniandi. Expertus est, cum superstes esset Sadorscius, experimur & nos cæteri que omnes, non omnino cassum fuisse Sigismundi Regis votum, ac desiderium; quo à serenissimis Prussiae Ducibus istud circa Lindam Marianam negotium ita promoveri cupiebat, ut & ipse, & cæteri omnes intelligerent, serenissimos Prussiae Duces ac Electores, quidquid serenissimos Poloniæ Reges valde velle intellexissent, eò quoque libenter studium voluntatemque suam accommodare.

Qua in causa, non decet Sadorscii laudem, quam illi jure Ciaritiis attribuit, præterire. Non respexit inquit ille, carnem aut sanguinem Sadorscius; sed sepe in omni affectu, cunctas sanguinis necessitudines à bonis Lindensibus exclusit: maluitque potestate regiâ & Regni obsequere, B. V. Lindensis incolumitati consulere, quam consanguineos, illius fundi accessione, locupletiores existere. Hoc plurimum veritus, ne temporum lapsu, cui obnoxia sunt humana, ex illorum possessione exiens, in eorum, quorum ipsi maximè nollet, manus iteratò relaberetur, & ludibrio sortis atrociam arbitria subires.

CAPIT

## CAPUT XIV.

Cum restaurata Linda Mariana, restaurata, imò magis etjam aucta in Deiparam religio; non sine hæreticorum contabescantium invidia, hæreseonque ad ruinam inclinatione.

**N**Unquam equidem, etjam cum exciso extinctoque Lindensi sacello, extingui aut excindi potuit mortalium ad B. V. Lindensem pietas atque religio, uti aliàs docuimus: veruntamen, uti

*Segnius irritant animum demissa per aures,*

*Quàm, quæ sunt oculis subjecta fidelibus;*

ita, cum non animus duntaxat, verùm & oculi, & aures, sua habent ad pietatem quasi irritamenta, tantò facilius exardescit ille pietatis in animis mortalium igniculus, quantò pluribus vel excitatur, vel etjam nutritur fomentis. Tametsi igitur magnus semper fuerit hominum ad B. V. Lindensem undique accursus, etjam dum sacellum excisum, locusque profusum desertus esset; tamen ubi postliminio restauratum vidère, vel etjam audivère populi, mirum, quantum ubique in omnium animis sit auctum erga Lindam Marianam studium! Tunc enim, & peregrinationes, longissimè quoque dissitorum, crebrescere; & populi, atque integræ urbes, non modò sacellum verùm & vicinas sacello valles atque lucos, per Processiones, confertissimasque supplicantium pompas, inundare; & rei votorum cum suis anathematis variisque donis, undique locum sacrum, quo vis propè die frequentare. Quæ cum spectare, ac coram fruendo venerari multo sit æquius atque antiquius, non est, quòd eorum scribendo deteramus gratiam.

V

Verùm

Verum hinc Deiparæ juxta ac Ecclesiæ Catholicæ hostes, præteritum verò, qui in contermino stabulantur Ducatu Lutheri Popæ; dum tantam Deiparæ gloriam, vident, vehementer invident; & quod in proverbio est, *Mareæ belluam alunt*. Alunt enim vero belluam, quia ex rebus Ecclesiæ Catholicæ secundis Deiparæ cælitumque honore; quasi venenum de floribus torbendo, invidiâ atque odio contrabescunt, Polypi adinstar (si tamen id Plinius (a) admittat) carnes suas vorant. *Sciendum enim, ut S. Gregorii oratione utamur (b) quia, quamvis per omne vitium, quod perpetratur, humano sordi antiqui hostis virus infunditur, hac tamen invidia nequitia, tota sua viscera serpens concutit, & omnem pestem evomit: unde scriptum est. INVIDIA DIABOLI MORS INTRAVIT IN ORBEM TERRARUM. Nam cum devictum cor, livoris putredo corruperit, ipsa quoque exteriora indicant, quam graviter animum vesania instigat. Color quippe pallore afficitur, oculi deprimuntur, mens accenditur, & membra frigescent. Fit incogitatione rabies, in dentibus stridor, in conscientia vulnus.* Libertné hinc vel unicum de restaurata Linda Mariana, & DEIPARÆ cultu tabelcentem, ideoque incogitatione alentem, quasi coram spectare? Is verò erit, non rarò alias hic spectatus Mislenta; qui sub finem Manualis, de Quinto Ecclesiarum in Prussia statu, sive de sectæ Lutheranae, ad ruinam inclinationis differens, non pauciora quàm octo ejus inclinationis promittit indicia; quæ quidem inter, tertio loco m-

(a) lib. 9, cap. 29. (b) §. moral. cap. 33. & 39.

morat introductionem hæreseon ( sic enim illi placuit scribere ) antehac ex Ducatu exterminat arum, imprimis- que Papistica, vel Romano-Catholica. Unde verò eam Papisticæ religionis introductionem deducit? Tribus potissimum ex argumentis : quorum prius est, Templum Catholicum, magnis, ut ille ait, impendis Regiomonti extructum : alterum est, Catholica Religio Augustanæ Confessioni, et jam in Ducatu Prus- sia præposita, ac primas ubique sibi vendicans, liberumque ejus exercitium, cuius, ut ille quoque ait, per omnia, ubiis locorum concessum: Tertium denique Lindæ Marianæ restauratio. De qua tanquam hujus loci propriâ, lubet nigrum istum cygnum, tanquam funeris sui haud longè secuturi, jam que tandem secuti præcentorem, iterum audire exululantem. *Lora*, inquit ille (a) idololatræ antehac abrogata & absoluta, nunc, pro dolor ! instaurantur, & redintegrantur passim. Sic Tilia illius, ante centum fere annos, sacellum ab illustissimo Duce Alberto dirutum, ac solo equatum, à Pontificis patronis iam instauratum, officina idololatria abominanda evasit; peregrinis è longinquo, ac è propinquo, eò superstitionis causâ confluentibus, & impune quidem, quibus olim præmi loco, patibulum erat designatum. O quâna verè hîc locum invenit juxta Cassianum (b) illud Jeremiæ (c) Ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio; & mordebunt vos ! Re- spondet, ut ait Cassianus, invidia Basilisco comparatur, quia sicut Basiliscus mordens perit, sic invidens, prius

V 2

quâna

(a) pag. 2, 6. (b) Cellat. 18. cap. 17. (c)

cap. 8.

quàm in hominem, cui invidet, mortis virus effundat, ipse se perdidit.

Verùm nos ad cygneam illam Misentæ vocem oportet reverti, qua cum ille, non antè ad Ceteri generum abiit, quàm & Movio & aliis plurimis, maximè autem Drejero & Drejeraniseum, quasi *intendendo*, concentum est exorsus, qui non facile ad finem vel (ut cum vulgo Musicorum loquamur) *ad finale* decurrat. Ut tamen alacrius & constantius conatum proderit hisce cantoribus reliqua inclinati ad ruitam Lutheranismi indicia, & eodem præcentore, quàm paucissimis hinc retulisse. Primum ille ait *Missæ* ministratus, animis à Lutherana secta, alieniores. Secundum, *totalem Ordinis ecclesiastici*, ut ille ait, *abrogationem*: Tertium, *Catholicæ religionis introductionem*: Quartum, manifestum Lutheranismi, in ipso quoque Ducatu, contemptum & fastidium: Quintum Theologorum, ut ille ait, verbi quæ Ministrorum contemptum; nec modò contemptum, sed, ut ille *sermone* indicio scribit, *qua multifariam accidit, Theologorum ac Ministrorum pressuram, videlicet ex reuersione quin & subtractione salarii; ex denegatione honesti concilii; ex occulta & aperta Politicorum persecutione. Primum, rei literariæ & literatorum contemptum.* Denique octavum, studium partium ad Catholicam Ecclesiam non leviter inclinantium. Quæ omnia, si vera sunt, uti quidem non longè à vero abesse videtur, habent sanè cantores nostri, unde & Misentæ præcentori gratias agant, & ipsi sese, quàm diutissime canendo, utcunque reficiant. Ego interim, dum ista alia quæ id genus canuntur, atque aguntur, qua præ-

est pierate, quin & gratulandi studio, Deiparæ Lindensi, solenne illud, cum Ecclesia Catholica, Epinicioningemino; *Gaude MARIA Virgo! cunctas Hæreses sola interemisti, in universo mundo.*

## CAPUT XV.

Beneficia divina, quæ apud Lindam Marianam eumulatissimè conferuntur, quanti æstimanda?

Fieri nequaquam potest, ut liberalitas divina, quantiscunque mortalium obsequiis vel officiis, lupe-  
rari unquam possit. Si enim, ut ex mente Philosophi Doctor Angelicus præclarè differit (a) *liberalis homini est, super abundare in datione; quanto magis DEI? Esse potè in DEO liberalitatem, etiam propriè dictam, & quidem maximam, inde Lessius demonstrat (b) quòd DEUS propensissimus sit ad erogandum, & quidem copiosè, ac merè gratis. Unde non solum in futuro, verùm & in præsentè seculo habet locum illud Apostoli (c) Momentaneum & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate, æternum gloria pondus operatur in nobis. Ut enim in futura vita Ponderus gloria, ita & in præsentè, divina ponderus gratiæ, si cum meritis, obsequiis, officiisque nostris ad bilancem veniat, immensum superat; præsertim si illud Christi (d) sicut est omnino verissimum, nos quoque verum in nobis re ipsa experiamur; iugum meum suave est, & onus meum leve: credamusque S. Augustino in Psalmum 59. ita differenti: Alia sarcina premit & aggravat te; Christi autem sarcina sublevat te: alia sarcina pondus habet, Christi sarcina pen-*

V 3

nas ha-

(a) 2. 2. q. 117. a. 6. (b) de iure & iustit. lib. 2. cap. 47. dub. 8. (c) 2. Cor. 4. 17. (d) Matth. 11.

nas habet. Nam & Avi, si pennas detrahas, quasi onus tu-  
 lu; & quò magis onus abstulisti, eo magis in terra reman-  
 bit: redeat onus, & volat. Talis est Christi sarcina. Vi-  
 rum sit sanè Christi sarcina, non tam penna, quam  
 sarcina; sit onus sit pondus: nunquid aliud quam le-  
 ve & momentaneum erit? Et tamen in *momentaneum*  
*boc*, ut loquitur Bernardus (a) *latet aeternitas; in le-*  
*pondus sublime, & supra modum.* Sublime enim & *su-*  
*pra modum* est pondus, non tantum gloriæ, sed et  
 jam, quæ in præsentis vitæ divinitus confertur, Gra-  
 tiæ. Franciscus Assisias, ille in carne mortali immor-  
 talis Seraphin, quod divinitus erat edoctus, suo  
 quoque docere solitus erat, minimum non tantum glori-  
 riæ sed etiam gratiæ divini gradum; qui operi quan-  
 tumvis exili respondet, pluris esse mundo universo  
 etiam, si terra omnis in aurum, & lapides omnes in  
 gemmas, & Oceanus totus in ballamum verteretur.  
 Quid verò, quod liberalitas divina, uti promissum est  
 quærentibus primum regnum DEI, alia adjuciat? Nun-  
 quid, ut plurimos alios mittamus, Rudolpho Habs-  
 purgi Comiti, & primo Romanorum ex Austria  
 Imperatori adjecit? Verè ille Comes erat, qui, quæ-  
 vis sub Eucharisticarum nube specierum perpe-  
 nantem comitatus est Dominum: nec minus verè  
 Dominus, qui Comiti suo Orbis universi contulit  
 Dominium, descendentemque ex equo, ad Imperium  
 Romani erexit solium; ut, dum quasi ex æquo certatim  
 videtur, hinc quidem Austriaca pietas & religio; inde  
 verò divina liberalitas ac munificentia, breve  
 lud, inò *momentaneum ac leve officii obsequium* n-

(a) *serm. 17. in Psalm. Qui habitat.* (b) *Matt. 6.*

ritum, quodammodo æternum gloriæ pondus, in hoc quoque seculo operatum sit; quando, ut Spondanus quoque ait, & ipsi Rudolpho, & ipsius posteris, tantum, ad hunc usque diem, acquisivit Imperium. Quamvis autem non omnes, qui ad DEI & Deiparæ laudem, se se Lindam recipiunt, aut Imperia aut Regna in terris recipiant; recipiunt tamen plerique, præter futuras gloriæ, præsentésque gratiæ divinæ opes, eas curationum sanitatumque gratias, quas, si optio datur, vix, aut ne vix quidem regnis atque imperiis permutarent. De quibus quidem curationum gratiis, cum jam deinceps agendum nobis sit, ita pleraque, quæ decem vel octo circiter annorum spatio eveniunt, hoc est, quæ ab Anno MD CXVIII. quo sacellum restaurari cepit, ad Annum MD CXXVI. quo ob belli Suecici turbinem, nemo quæ aliis deinceps annis gesta sunt, consignavit, ad exitum hujus libri percelebimus, ut non tam succedentium sibi annorum temporisque seriem, quam ipsorum beneficiorum, certa in genera classesque tributorum (quod ipsum sequente quoque libro facturi sumus) rationem habeamus, ordinemque sequamur.

## CAPUT XVI.

Cæcitas, & alia oculorum vitia, Deiparæ Lindensis ope, depulsa.

Omnia quidem calamitatum, & cum animi tum corporis morborum, reperiuntur apud Lindam Marianam remedia atque alexipharmaca; in primis tamè videntur oculis parata eximie, & præsentia adesse

medicamina. Nam, & primùm sub ipsam Mariam Lindæ originem, uti aliàs vidimus (a) Miraculum cæci restitutum fuit; & à restituta postmodum Lindæ restauratoque sacello, inter morbos corporis, cæcitate potissimùm fuisse depulsam, exempla, quæ Ciaritio jam percontabimur, docebunt.

## I.

Figulus Allensteinensis à cæcitate curatus.

Allensteinii, inquit Ciaritius, quod oppidum spectat à venerabile Capitulum Ecclesiæ Varmiensis, Figulus quidpiam contracto oculorum dolore, excacatus fuit: & in hac cæcitate calamitate septennium exegit. De clementiam post multa exposcens, & B. M. Virginis interventionem implorans beatam Virginem Lindensem, se quotannis, quàm diu viveret, visitaturum constituit; Vix preces exorsus fuerat, vixq; votum verbis peregerat; cum subito oculis lumen refusum est. Atque ille, quod pollicitus fuerat, singulis annis, quoad vixit, religiosè executus est.

## II.

Oculi incidentibus ossium segminibus usque ad cæcitatem læsi, ex voto Lindam concepto, restituti.

Anno MDCXXII. inquit idem, sancti Martini (sive) Matthæi Toxius rusticus in Arensdorff (est vicus hinc Vormditensi municipio, leucâ unâ à civitate Albstum versùs disjunctus) adstante uxore carnem castebat: ossicula quadam in oculos insiluerunt; quæ usque ad Bacchanalia nihil vidit. Tandem vover, & revalescit; secundâ Julii votum solvit.

(a) lib. I, cap. 16.

## III.

Vir inter Allensteinenses primarius, visum ope B. V. Lindensis sibi restitutum, oblatâ imagine, beneficii indice, contestatur.

Notus mihi et jamnum adolescenti is vir erat; quippe qui è peregrinatione, quam ad plerasque Europæ provincias susceperat, domum reversus faciliè omnium in se oculos convertit; notior tamen Cutioni suo Michaëli Ciaritio, qui hæc, quæ jam recensabo, de illo prodidit.

Ioannes Henrici, è numero Scabinorum Allensteinensium vir spectabilis; bene longo tempore ex oculis laborans, illorum usu penitus privatus fuit. Invocatâ itaque Virgine MARIA, votivum se iter ad ejusdem Ædem suscepturum, solenni pollicitatione firmavit. Quod ubi factum, statim dolor resedit, & oculi, ad intuendam lucem, reparati sunt. Nihil idcirco cunctando, ad Oratorium gloriose Virginis se contulit; & votum, quàm potuit, pientissimè solvit. Grati animi pignus imaginem non inelegantem, in parietibus sacelli fixit. Ex ipsius, qua appicta est, effigie, quo habitu Virginis Filio, ipsique Virgini Matri, pro avertenda, jam propemodum incurta cæcitate, supplicet, res manifestius spectari potest. Fiebat Anno MDCXXII. die XV. Augusti.

## IV.

Adolescentula, voto Lindam facto, à gravi oculorum dolore curata.

Brigitta adolescentula, inquit idem Author, ex pago Lauternhagen (municipii Heilsbergensis pagus is est) tanto ardore oculos inflammatos habebat, ut in ad intuendam lucem æverrinè uti posset; & si quid cerneret, non nisi caliginosè admodum perciperet. Itaque ad B. MARIA M

V S

Linden-

Lindensem profecturam se, & munus delaturam voti  
Statim ab oculis, omnis illa infestantis ardoris vehementi  
disparuit, caligo fugata est, & oculi ad capiendam lucem  
vegetiores redditi. Votum pie solvit Anno MD CXXIII.

## V.

Juvenis, periculosâ oculos caligine suffusus, votum  
Lindam factò perfanatur.

Quo loco, ac fere tempore Lindensem historiam  
Ciaritius scribebat, id, quod ipse refert, accidit; ut  
fortasse oculatus, possit videri testis. Bisteni enim res  
accidit pridie Cal. Majas Anni MD CXXIII. & ille,  
Bisteniitidem iplis Martii Calendis Anni MD CXXVI  
Regi Sigismundo historiam ab se scriptam dicavit.  
Rem porro, de qua agimus, ita perstrinxit. *Juvenis qui-*  
*dam Brunsbergensis, sutoris maniceps, dum Bischoffsteini*  
*Sutrina dat operam, insperatò illi oculi caligine, obfuscan-*  
*tur; ita ut duarum septimanarum intervallo viderit omni-*  
*no nihil, & perpetuam timuerit cecitatem. Quamprimum*  
*verò ad Marianam Lindam votum prastitit, mox integri-*  
*rimè visum recepit; beneque oculis sanus votum reddidit*  
XXX. April. MD CXXIII.

## C A P U T XVII.

Idem beneficium, etiam à Catholica Ecclesia alienis, per B. V. Lindensem, prastitum.

**A**T que hæc, alia que id genus beneficia, Catholica  
à Deipara fuisse concessa, haud sanè mirum videri  
possit; quid enim filiis Mater benignissima nega-  
queat? Illud fortasse mirum videatur, quòd eadem  
alienis quoque exhibeat. Quidni enim ab illa alienis

qui à Catholica Filii ipsius Ecclesia ita sejuncti? Neque tamen istos piissima misericordiarum parens despicit; quò & ipsi aliquando semetiplos respiciant, & ad veræ lumen Ecclesiæ tandem recipiant; neque externis duntaxat, verum & interioribus animi oculis ritè deinceps fungantur; eveniatque illud, quod à Deipara precari Ecclesia solet, *solve vincla reis, profer lumen cæcis*. Quidni verò Deipara, ad Filii sui exemplum, omnibus omnia, in imaginibus quoque suis fiat? Jam olim, quemadmodum Baronius ad Annum 870. memorat. *Prope Damascum imago B. Virginis in ligno picta diu stetit: denique evanescentibus paulatim coloribus, successit carozita ut imago carnea simul & lignea esset, vel certè incarnatum lignum. Insuper oleum balsamo fragrantius manus imaginis dedit, non Christianis modò, sed & Hebrais, Mauris, & Saracenis salubre. Idea Atlantis Mariani pag. 120.*

## I.

Puer voto à matre, ad B. V. Lindensem edito, lucem simul & vitam, propè amissam, recipit.

Narratur id à Ciaririo hunc in modum: *Laboraverat lethali egritudine, Georgius, Friderici Serige filius in Zandersdorff. coloni, qui pagus ad Hospitale Landspergense spectat: cui iam ante immodica suffusio sanguinis, lumen oculorum eripuerat, & immaturâ morte luctum parentibus reliquerat. Iustina mater deploratam salutem filii videns, ad vota convertitur, filiumque, si reviviscat, ad B. V. Lindensem laturam, & munus solenne addituram, quâ maximè potest pietate, spondet. Inter*  
banc

*banc maternam votorum curam, cæperunt artus pueri morte iam frigentes, vitali calore denudè impleri, & amari: ipse moveri, oscitare & integris oculis lucem rursum contueri, ad vitam perfectè revocatus. Exiit gaudio mater recepto filio vivo, & sano; vota DEO, ac B.V. MARIE facta, læta sine mora solvit.*

## II.

*Mulier ad extremam fere cæcitatem perducta, vota ad B.V. Lindensem concepta, sanata.*

*Anno MDCXXII. inquit Ciaritius, XVIII. Augusti, Margareta mulier vidua ex pago Coia, libertinorum Territorii Drenckfurtensis, hic votum solvit. Fatebatur (quod & pater illius, qui unà venerat, vir provec̃ta ætate constanter assererat) se diuturno ac vehemèti capitis dolore, ad extremas fere oculorum tenebras perductam fuisse. Voto B. MARIE Virgini ad Tiliam facta, dolorem omnem cessasse; oculos cacutire omnino desisse: & ad B.V. Lindensem, nullotens ductore, sine quo nuspiam antè progredi poterat, venisse testabatur. DEO, beatissimaque Virgini MARIE, demisè gratias actis, gratulabunda domum removit.*

## III.

*Textor Silesius, à gravi oculorum dolore, & propemodum cæcitate, curatur.*

*Matthias Hoffman, Textor Silesius, ut idem Author narrat, domicilium habens in Kamionka pago, Anno ex-eunte MDCXXII. tetro oculorum dolore correptus, ipsam propemodum incurerat cæcitatem: ita ut trimen- bdomadarum spatio, ne ex propinquo quidem, vel videri vel liquido discernere quidquam potuerit. Demum, ut cælamitosorum mos est, ad vota confugit; & se Oratorum*

MARIÆ Virginis Lindensis visitaturum promisit. Nec  
frustranea fuit votivæ promissio, rediit enim subitò oculo-  
rum lumen. Voti nexibus se expedivit MDCXXIII, die XVI.  
Aprilis.

## IV.

Homo, ex profano Cingarorum genere, Lindam à  
luis deductus, lumen, quod amiserat, subitò  
recepit.

Ex vagabundo illo hominum genere, sic enim rem  
Claritius percerasset, qui se Cyngaros, seu Cyrenaos falsò  
appellant, quidã non postrema nota per acutã oculorũ vexa-  
tione eò redactus fuerat, ut de iis retinendis omnino despe-  
raret. Tandem post varia, nihilquẽ iuvantia adhibita medi-  
camenta, aut sua sponte incitatus, aut à quibusdam piis ho-  
minibus submonitus, ad B. Virginis hoc Oratorium, grandi-  
cum Cereo, se profecturum devovit. Ducitur igitur à tur-  
ma Cingarorum ad locum sacrum, diem non videns, &  
deductorem sequens. Suscepit JESUS, per Matris gloriose  
interventionem, hominis votum precesquẽ. Confestim enim  
pristina oculorum sanitas illi reddita est. Ille DEUM sup-  
pliciter adorat, B. V. MARIÆ humiles agit gratias, letus  
discedit. Certè non levia Cyngarus hic videbatur pii, &  
grati animi signa edere, ut & ceteri illius comites, qui co-  
piosa stipe in eleemosynarium stipitem iniectã, frequen-  
ter se s. locum adituros, & gloriam DEI, qui in eo mira  
operatur, ubique locorum de prædicaturos affirmarunt. Ac-  
cidit MDCXXII. Illimet homines Anno MDCXXIV. velum  
insigne e. Serica contextum, ad sacrum Oratorium venera-  
bundi detulerunt.

CAPUT

## CAPUT XVIII.

Claudi beneficio B. V. Lindensis curati.

IOanni Baptistæ, illi magno altissimi Prophetæ & Antearabuloni, per discipulos ad Christum Dominum ablegatos interroganti: *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* primum veri Messia, ejusdemque adventus indicium dedit Christus, *cæci vident*; alterum verò, *claudi ambulant* (a) Si quis de præsentis Deiparæ Virginis, ejusdem veri Messia, ter maximæ Matris, apud Lindam patrocinio præsidioque curiosè disquisierit, habebit primum ejus rei indicium, quia, ut vidimus, *cæci vident*. Nuncquid verò & *claudi ambulant*? Ita profum. Non enim minus quàm apud Jobum illud hîc locum inveniat, *oculus fuscato, pes claudo* (b) Quem ad locum Origenes in Catena, *Vsurpatus est, inquit, oculus tanquam dux vis ad intelligendum; Pes autem, quasi dux morum*. Quid enim (ut utrumque beneficium hoc ad animi salutem referemus) magnopere profuerit, oculorum polleat nisi & pedum, & aliorum membrorum, ad promovendam salutem, accedat usus? Radulphus Commentario in Leviticum, S. Gregorium (c) *secutus claudum* appellat, qui viam vitæ, quam videt, per infirmitatem mentis, tenere non vult: utpote obpravam consuetudinem ad virtutis statum nunquam probè erectus. Divo Cyrillo *claudus* dicitur, qui ad

(a) Matth. 11. 3. seqq. Luc. 7. 22. (b) cap. 29. 1.  
 (c) Pastor. parte 2.

perfectè incedendum parum firmus, circa res agendas, fractus & debilis est: Procopio verò, qui non promptè opera legis exercet. Verùm ut omnis quidem iniquus claudus sit, maximè tamen tales sunt Pseudopolitici, & quos D. Paulus (a) in fide fluctuantes parvulos appellat: quibus profectò non alius, quam ipse Elias, illud suum (b) inclamet: *Vsquequo claudicatis in duas partes?* Veruntamen & his, & aliis claudis, paratum est apud B. V. Lindensem, dum modo non respuant, remedium. Nam & ibi locum habet illud Isaïæ (c) *Tunc saliet, sicut cervus, claudus.* Quo quidem Christus D. in suo ad legatos Joannis responso, quasi digito intendens, multos (ut S. Augustinus apud Cornelium loco citato censuit) claudos, cæcos, surdos curavit, ut eis simul spiritale lumen, auditum & gressum mentis restitueret. Unde & nos, jam ad claudorum apud B. V. Lindensem curatorum exempla, par est gradum promovere.

## I.

Colonus quidam pedum morbo levatus, in reddendo voto negligentior, cranii dolore accedente, simul voto, simul utroque morbo levatur.

Anno MD CXXIII. pridie Cal. Majas voti reddendi causâ, accessit Lindam Georgius quidam agricola; cui nuncupandi primum voti causâ fuit sinistrum crus ita affectum, ut non modò claudicare hominem cogeret, verùm & ulceribus ac tabe undique scaten-

(a) Ephes. 4. (b) 2. Reg. 18, 11. (c) cap. 35, 6.

scatente, sædum, miserum que in modum absumere-  
 tur. Sed qui ita claudicare fuit coactus, eò ipso ad lu-  
 pera erigi atque ascendere cæpit. Lindam enim ad B.  
 V. aspirat, & voto facto, simul sanitatē recuperat.  
 Ecce autem hominem! qui claudus esse pedibus de-  
 sicerat, animo deterius claudicare cæpit. Voti enim  
 reddendi admodum incurius, ac propè jam oblitus  
 diem die trudebat. Jam illud, non pedum sed capiti  
 vitium erat; capiti proinde subito luendum fuit. In-  
 vasit hominem, cætera sanissimum inopinatus Crea-  
 tioni dolor, & quidem admodum vehemens; quippe  
 quem etiam ad animum perungere oportuit, ac pe-  
 nitus pervadere. Pervasit, & hominem religionis ne-  
 glæ in tempore admonuit. Iterum ad Deiparam  
 Lindensem se recipit, & novo locum sacrum adven-  
 di voto se obstringit: confestimque dolore levatus,  
 animo quoque claudus, ne deinceps esset, nullam-  
 quin votum solveret, moram interposuit: uti Ciarit-  
 tius quoque num. 29. narravit.

## II.

Laterarius pedes æger, ex voto sanatus; voti ne-  
 gens; à novo voto restituitur.

Geminum priori propè est, quod Ciaritius relato  
 Matthias quidam Corsensis, laterum confectioe vitam te-  
 lerabat. Anno fere integro, pedibus ad gressum invalidis de-  
 cuburatur. Ad B. V. Lindensem voto facto, gradiendi facult-  
 tatem receperat. Dum autem voti solutionem differret,  
 priore aegritudine iterum tentari capit. Veritus itaque,  
 voto obligatus, aut iam passos, aut graviore forsit an expe-  
 riretur dolores, comparat à imagunculâ, in hominis for-  
 mam effigiata, & cereo addito, humili mente, Deo & Vir-

gini *Matri satisfecit. Spe bonâ secundioris & constantioris*  
*valetudinis domum rediit: non sine gratiarum actione, be-*  
*neficii memor factum narravit.*

## III.

Mulier gravissimè pedes affecta, interposito ad B. V.  
 Lindensem voto, sanatur.

Helenam fuisse, Joannis Martini cujusdam uxo-  
 rem Ciaritius (a) ait. Incertum, qua ex causa gravit-  
 simè pedibus affecta esset; cumque remedium dolori  
 nullum superesset, eò, ubi deesse non posset, remediū  
 causâ vertit. Votum ad DEIPARAM Lindensem,  
 quâ potest animi religione, concipit, & confestim à  
 voto facto, sanitatem recipit. Simul igitur ac pedum  
 ulum recepit, celeritate magnâ usa, Lindam ipso die  
 visitantis Deiparæ facto adiit, ac votum, quod nun-  
 cuparat, reddidit, Anno MD CXXIII.

## IV.

Juvenis, pedem ac manum contractus, simul ac vo-  
 tum ad B. V. Lindensem fecit, restitutus, iterum  
 atque iterum, beneficii memor gratias  
 Lindæ agit.

Quod jam referemus, è P. Simonis Hein com-  
 mentariolo sumptum est. Juvenis erat, manum juxta  
 ac pedem ita contractus, ut nullius usu trui posset.  
 Accedebat dolor, qui & pedem & manum sævissimè  
 exagitabat, ut nulli manum operi vel tantillum lice-  
 ret admovere, aut pedem loco movere. Commovit  
 tamen animum dolor, ut ad sublimiora hominem  
 raperet. Votum igitur, ut author inquit, ad sanctissimam  
 Virginem Lindensem fecit, & statim levamen sensit. Die  
 divo Baptista sacrâ Anni MD CXXIX. venit ad sacram Ti-  
 (a) num. 23. X. liam

liam : ubi confessus, & sacrâ Synaxi refectus hac mihi  
censuit. Anno etiam sequenti, memor accepti beneficii, ip-  
sum fecit.

### CAPUT XIX.

Idem beneficium A catholicis à B. V. Lindensi exhibitum.

**S** lego hoc loco illud regii vatis usurpem, Filii alie-  
ni in veterari sunt, & claudicaverunt à semitis suis (a)  
haud ab re abludam. Illi enim, ut cum Græca expolice  
tione apud Corderium loquar, QUI FILII appellati, at-  
que in filiorum ordinem relati sunt, alienos se reddiderunt,  
cum beneficium ingrati extiterint; & circa fidem claudica-  
verint, & piam semitam dereliquerint. Quid si enim  
cum Augustino ad eundem locum dicerem. Filii non  
mei, sed potius alieni; quibus dicitur, vos ex parte diaboli  
estis (b) Neque tamen istis quoque, quantum vis alie-  
nis, nec minus à fide, quàm à recto gressuum tramite  
claudicantibus, benignissima apud suam Lindam  
Mater DEI, solet deesse; ut, quæ aliorum pedes erigit  
ad mores, istorum erigat ad fidem; quorum plerique  
tandem, cum eodem vate regio canere possint: Edu-  
xit me de lacu miseria, & de luto fecit, & statuit supra  
petram pedes meos, & direxit gressus meos (c) Alacum  
saria (ut Didymus in Catena ait) hoc est prava idolola-  
tria (quidni & hæreticæ infidelitatis) & luto facis, id  
est, sordidâ vivendi ratione, me erexit; & statuit supra pe-  
tram, inconcussam scilicet & constantem fidei confesio-  
nem.

(a) Psalm. 17. 46. περί τῶν πῶντων χωλαίνωντες. (b)  
Ioann. 8. 44. (c) Psalm. 39. 3.

I. Puell.

## I.

Puella ad annum ætatis decimum quintum humi reptans, apud B. V. Lindensem repente sanata.

Quo id anno evenerit, nō prodidit Ciaritius; rem tamen ipsam, uti evenit, ex fide hunc in modum (a) prodidit. *Barbara puella, ex Viderino pago, qui milliariē circiter distat Lindā, à tenera ætate, casu gravi afflictā, clauda effecta ad annum decimum quintum usq; humi potius reprobat, quàm incedebat. Post longa tandem & acerba membrorum tormenta, quorundam suajū, voto ritè emisso, ad hunc locum se contulit. Et quæ scipioni grallisquæ innixa venerat, voto soluto, solidatis pedibus, DEO ac Virginē MARIÆ gratias agens, nullo adminiculo opus habens, demum reversa est.*

## II.

Puella incurabili fistulā affectum habens pedem, voto ad B. V. Lindensem factō, curata.

Quod Lucillo Episcopo Synicensi, divinitus obtigisse memorat S. Augustinus (b) nimirum ut piā Reliquiarum S. Stephani Protomartyris sarcinæ vectatione atque ipsarum actu reliquiarum à fistula, quæ diu gravissimequæ afflictus erat, extemplo liberaretur; id ipsum propè, ex nuncupato ad B. V. Lindensem voto, evenit Hedwigi puellæ ex oppidulo Widdimin, octo circiter leucas Lindā distito oriundæ, ad x. Calend. Novemb. Anni MDCXXII. Degebat ea, ut Ciaritius memorat, in pago Rusticaimensi, Bartensteniensis colonie, & pedem sinistram incurabili fistulā diu graviterque affectum habebat.

X 2

Muc

(a) num. 13. (b) lib. 22. civis. cap. 2.

Mulier quædam, haud ignara beneficiorum, quæ  
 pud Lindam Marianam divinitus affatim obvenit,  
 consilium miseræ dat, ut ad idem se præsidium re-  
 peret. Audit probè monentem, & votum ad eundem  
 Lindæ nuncupavit; neque diu pòst sanitati pristina  
 est restituta.

## CAPUT XX.

Epilepsia ope Deiparæ Lindenensis curata.

**E**Pilepsia sive sacer morbus, aliàs etjam lonicu-  
 dici solitus, & comitialis) eò quòd Comitia apud  
 Romanos, si quem interea morbo illo corripì conti-  
 gisset, dissolvi necesse esset) vulgo *caducus* appellatur.  
 Qui in sacra Evangeliorum historia, eo morbi gene-  
 re affecti leguntur, *lunatici* appellantur (a) eò, quòd  
 morbus ille, sive ad ipsius Lunæ mutationes, sive (ut  
 Origenes, Chrysostronus & Hieronymus ad eandem  
 Evangelii historiam commentantur) ad dæmonum,  
 lunæ mutationibus ab utentium operam, suas vires  
 atque incrementa sumat. Luna enim phlegmaticos  
 ac melancholicos, quibus ipsa dominatur, cerebri  
 humores ac spiritus, plenilunio ac novilunio maxime  
 commovet: qui quidem, aut per sese, aut maligno-  
 rum concursu spirituum, cerebrum turbant; spumas  
 & totius corporis agitationes collisionesque cient.  
 Genus morbi difficillimum curatu, ad eò ut hinc et-  
 jam *Herculeus* à Medicis vocetur; non quidem idcir-  
 co, quòd ut, vulgus censet, Hercules eo laboravit; sed  
 potius quòd, ut Medici ipsi loquuntur, Hercules ad  
 ejus curationem viribus atque industriâ opus sit. Cz-  
 terùm Deiparæ Lindenensis, hujus quoque morbi cura

(a) *Matth. 17. 15.*

io difficilis non est: ut, quemadmodum in aliorum  
 curatione morborum facit, etiam hinc à corporis epi-  
 lepsia, ad eam, quæ animam spiritumque exagitat,  
 curandam homines adjuvet. Lunatici enim spiritu,  
 ut Beda ad eum locum disserit, sunt ii, qui ut luna mu-  
 tantur. Qui spumant, cum stultitia tabescunt (stultorum  
 namq; est spumas & salivam ex ore dimittere) strident verò  
 dentibus, cum iracundia furore flammescunt.

## I.

Puer, ex voto à matre ad B. V. Lindensem nuncupa-  
 to, à morbo comitiali simul & ab amentia,  
 liberatus.

Quo Anno id evenerit, non memorat Ciaritius;  
 constat tamen evenisse sub initia sacelli jam instaura-  
 ti. Sic enim scribit: Puer quidam in pago Henrichsdorf-  
 fensi, phrenesi graviter vexabatur; & accesserat non minus  
 infesta epilepsia, quàm misellus per intervalla temporum gra-  
 viter exagitabatur. Videbatur mater, dira hæc tormenta  
 pati in filio: & malum nullo succursu pelli poterat. Deo itaq;  
 suppliciter provolvitur; beatissimamq; Virginem ad inter-  
 cessionem adhibet, ut puero celestem medelam impetret; il-  
 lumq; ad Eadem Marianam, cum munere sistendum dsmis-  
 sè roget. Vix illa votum persolverat; confestim videt filium  
 ab omni infestatione morbi liberum, sanitatem recepisse.  
 Detulit incunènter filium cum promisso munere; Deo &  
 B. MARIE Virgini enixè gratias agens; insignemq; Para-  
 psidem stanneam, celeris sibi prestari auxilii in filio, Maria-  
 no Oratorio obtulit.

Xij

B. Virg.

## II.

Virgo religiosa, vi fulminis usque ad comitalis morbi exagitationem confternata, voto per patentes ad B. V. Lindensem nuncupato, statim revalescit.

Quantum in restauranda Linda Mariana operæ poluerit, inclytus Catholicæ fidei causâ, è Dania exul D. Joannes Ageison, jam alio loco (a) spectavimus: quantum verò ejus operæ precium tulerit, argumento id, quod nunc memorabitur, inter multa erit. Susceperat inter alios liberos, et jam Elisabetham filiam, quam piissimâ feminâ conjugè suâ Erâ adjuvante, ita ad pietatem formârat à teneris, ut jam adultior seculo vale fecerit; & cum nullum in proximo claustralium virginum esset cænobium, in Resselienfium se receperit conventum. Jam aliàs earum virginum mentio à nobis facta; quarum instituti vivendiq̄ue ratio Brunsbergæ, à Regina Protmania, prudentiâ pietatisq̄; laude (qua cum Anno MDXXII. decessit) eccellente Virgine triginta & aliquot ante annos exordium cepit. Partitio inter suos loco, nata erat Regina, & nuptias juxta ac seculum in seculo fugitans, totam se Deo rebusq̄ue divinis addixerat, ita ut majorem diei partem in Templo, vel oratione, domesticos intra parietes fusâ, contereret: & quovis Dominico ac festo die ad sacrosanctum Domini epulum se conferret. Non potuit lucerna hæc, uti Dominus ait, *latere sub modio*; facileq̄; & illa pietatis lux singularis, in oculos incurrit, & ille virtutum Christianarum odor, ad se plures pellexit, aut potius traxit. Ita sub Annum Domini MDLXXX, aggregatis nonnullis

(a) lib. 3. cap. 10.

lis, ejusdem ani  
do, isdem vesti  
P. Engelbertus è  
tundem arbite  
tum in Provinc  
rator, potissimù  
fites Varmienfi  
vère) ceperunt u  
alias Varmia civ  
gam & Resseliu  
felsenf colonia,  
Templi propè co  
juxta ac horribi  
perculsa, tecto  
ut è propinquo s  
tem inde epilep  
mè exagitaretur  
ftroni sui locias  
suos perculit. Ha  
vria adhibuisse  
omnium invene  
pe Lindam, qua  
provererat, &  
terum more, se  
Tilia Mariana c  
V. Lindensem f  
texuerit. Simu  
incunã ante red  
Virgine suffrag  
rum, eo morbi ge  
nivat. Vivente

lis, ejusdem animi pietatisque virginibus, eodem re-  
 cto, iisdem vestibus, iisdem que instituti legibus (quas  
 P. Engelbertus è Soc. Jesu tanquam conscientie ea-  
 rundem arbiter, & P. Paulus Boxa, ille tot anno-  
 rum in Provinciis Regni Polontæ Soc. Jesu mode-  
 rator, potissimum condidère, illustrissimi verò Anti-  
 stites Varmiensis ad hanc usque diem omnes proba-  
 vère) cæperunt uti; crescenteque in dies numero, ad  
 alias Varmia civitates Vormditum nempe, Heilsber-  
 gam & Kesselium coloniarum ductæ. In hac igitur Res-  
 sellensi colonia, Templo admodum vicina, & Turri  
 Templi propè contigua, virgo Ageisonia, repentino  
 juxta ac horribili fulminis ictu, quo eadem Turris  
 percussa, tecto tenus conflagravit, vehementissimè,  
 ut è propinquo solet, percussa usque ad consequen-  
 tem inde epilepsiam est; quâ, cum sæpius & gravissi-  
 mè exagitaretur, novo quasi fulmine, cum cæteras in-  
 stituti sui locias, rum verò potissimum ipsos parentes  
 suos percudit. Haud equidem ambigam, locias omnes  
 varia adhibuisse malo remedia; parentes nihilominus  
 omnium invenerunt optimum. Ad Marianam nem-  
 pe Lindam, quam suâ quoque operâ non mediocriter  
 provexerant, & contra fulmen, non jam lauri, pro ve-  
 terum more, sed plus quàm aureum Sibyllæ ramum  
 Tilia Mariana carpisse visi sunt; quando voto ad B.  
 V. Lindensem facto, eundem capiti filiarum præ-  
 texuerunt. Simul enim ac votum, uti Ciaritius scribit,  
*incumbentes reddiderunt, illa bene volente Deo, & B. m<sup>a</sup>*  
*Virgine suffragante, integerrimè convaleuit; ita ut in poste-*  
*rum, eo morbi genere nunquam sit impetita, & sana adhuc*  
*vivat. Viventem, & quanquam nō admodum validâ,*

fatis tamen commodâ utentem valetudine, ego quoque pluribus deinceps annis spectavi. Quæ ante viginti circiter annos defuncta, Matri suæ Evæ, cui potissimum consilio desponsa fuit Christo, videtur de annis suis aliquid ad mensa. Ad hunc enim MDCLII annum pia illa matrona, tot persecutionum in Polonia, exilii in Prussia laboribus calamitatibusque exercita, cum vix pelle & ossibus constare posset, perseverans fuit.

## III.

Infans gravi epilepsiâ correptus, voto ad B.V. Lindenensem per matrem facto sanatus.

Si fortè comitialis morbus, ad vulgi sensum Hercules idcirco dici possit, quòd Herculem in ipsa quoque cunis, magis, quàm gemini illi ab eo elisi angues, fortasse invaserit, poterit eodem tanè sensu facer morbus idcirco fortasse dici, quòd hominem aliquando sacrum religiosè futurum, in ipsis quoque ad ortus sit cunis. Erat is Vormditi, honestissimo inter suos loco natus, qui et jamnum quinquagenario major in Societate Jesu quatuor vota professus agit. P. Georgius Erenst. Reversus ille è Grodnensi Societatis Jesu domicilio (quod triennium superior generatim nârat) postliminio in patriam; cum historiam Lindenensem conditâ me cognovisset, ultro, beneficii divini memor, & nomen, & gratum erga DEUM ac Deiparam animum, III. Cal. Aug. Anni MDCLIV. apud me professus est. Sextum vitæ mensem vix dum attigerat quando illo conflictari malo cæpit. Mater, quæ non lacte magis, quàm pietate imbuendum susceperat, Liolum, Deiparæ ita afflictum obtulit, & voto Lindenensem

dam nuncupato, eidem Deiparæ coram stitit; neque segnius Deiparæ, tanti vim mali stitit in infante. Ab eo temporis momento, sanctus domum rediit, Parochum Laubichium, egregium virum, super beneficii divini magnitudine vehementer attonitum, coëgit exclamare: Puer iste, olim doctus juxta, ac magnus in domo DEI vir erit.

## IV.

Puella quadrima, toto vitæ tempore sacro morbo afflicta, Deiparæ Lindenensis ope curata.

Placet in præsentiarum, iterum narrantem audire Ciaritium. *Stanislaus Zach Novogrodensis ex Podlacia, uxorque Helena, habebant filiulam quadriennem, Magdalenam nomine: qua toto eo fere tempore, quo vixerat, dirum illum morbum, quem comitiale vocant, vel caducum, passa fuerat. Hanc parentes attulerant Resselium, ut eam ad Altare S. Valentini admovent, & meritis precibusq; Martyris, filiula salutem impetrarent. Videbaturq; morbus remississe aliquantulum; sed paulò post vehementius inruderat. Quare cujusdam matrona Resselensis suavis inducti parentes, ut pro filia votum ad hoc Oratorium facerent. Dictum, factum; & puella amplius ab ea diritate infestata non est. Voti religionem expleverunt xxx. Junii Anno MD CXXIII.*

## V.

Puer octennis, voto parentum, quamvis non Catholicorum ad B. V. Lindensem emissio, à lontico morbo liberatus.

Placet & hinc Ciaritio narranti aures dare. *Stanislaus Iastrzembski habitans in villa Gura, districtus Angerburgensis, adduxerat ad hoc Lindense Oratorium Anno*

X 5

MD CXXIII.

MDCXXIII. die XVII. Junii, filium Casparum, puerum octennem; quem referebat ex terrore atri canis à se tantum vidi, in Epilepsiam incidisse: & sex annis, certis temporum conversionibus, & maxime noviluniis eo morbi genere divexatum fuisse. Tandem cujusdam senis monitu per suasus parens, & avia pueri, illum ad gloriosissimæ Virginis MARIAE Oratorium Lindense ducendum aut gestandum voverunt. Statim ab emissio voto, pestiferi humoris effervescentia sedata; puer in posterum eâ peste nunquam amplius tactus est.

### CAPUT XXI.

A pestilentiz luc, vel maleficiis ope B.V. Lindensis servati, vel erepti.

**I**am aliàs (a) Ciaritio, experientiaque testibus indicimus, ipsum Lindæ Marianæ locum, etiam si pestilens aër in vicino undique grassaretur, ab omni pestilitatis contagione fuisse immunem. Sed & ii, qui eo alibi malo vel sepi, vel affecti, animo supplicibusque votis ad eam Tiliæ Marianæ umbram sese recepere, non raro DEI, ac Deiparæ sospitatricem experiri sunt manum.

#### I.

Præfectus arcis Heilsbergensis undique pestilentia aurâ sepius voto B.V. Lindensi factò, cum omnibus suis incolumis servatur.

Loquitur id tum per se; tum per adjectam inscriptionem insignis argentea tabula, ab eodem Præfecto voti reo XIV. Calend. Majas Anni MDCXXI Lindensi Deiparæ oblata. Nam, uti Ciaritius quoque memorat, cum Anno MDCXX. pestis in Episcopatu Vavariensi

(a) lib. I. cap. 25.

mienſi, immaniter plerique in locis, maximè verò Heilsbergæ graſſaretur, multosque tolleret, generoſus Ioannes Gonſiorovſky Burggravius Heilsbergentiſis, contagionis periculo, undequaque cinctus, in Arce conſiſtens, author fuit reliquis, qui cum illo remanſerant, ut ſe communi voto B. MARIÆ V. ad Lindam obſtringerent. Quod, ut factum fuit, ipſe cum omnibus incolumis ſervatus eſt. Voto, pari pietate religione ſatiſfactum Anno MD CXXI. die XVIII. April. Idipſum teſtatur epigraphe Tabulæ addita, quæ huiusmodi eſt:

D. O. M. in periculo vindici, ad gloriam: diva Genitrici ob ſingularem tutelam, ad honorem: Ioannes Gonſiorovſky Burggravius Heilsberg. in Arce ibidem cum ſuis, à peſte undique graſſante ſervatus incolumis; gratitudinis ergo, humillimè ex voto poſuit, Anno MD CXXI. die XVIII. April.

## II.

Familia & domus tota primarii civis Heilsbergentiſis, voto Lindam facto, à peſte liberata.

Eodem proſum tempore ac loco, primarii inter Heilsbergentiſes viri domus Deiparæ Lindentiſis beneficium affatim experta eſt. Erat is D. Nicolaus Hagnaud dignitate & opibus inter tuos ſpectabilis; ut pietas quoque magis ſpectabilem redderet, commune peſtilentis auræ quaſi incendium fecit. Jam domum ejus flamma involverat & pediffequarum altera vi peſtilentiæ extincta; altera ne malum ſerperet latius, aliò deducta; ſimulque ubi è tantis veſtigiis malum innotuit, votum ad Deiparam Lindentiſem factum: neque ſalus domui legniùs reddita. Ab eo momento, quaſi è medio

medio flammæ omnes crepti incolumes evasere. Quod tum quidem admirabundus juxta ac gratulabundus coram spectavit, & nunc magna cum gratiarum actione III. Non. Majas Anni MDCLV. apud Lindam Marianam, quò cum denso civitatis supplicantis agmine venit, dicti D. Nicolai & Emerentianæ superstes filius, D. Simon Hægnau Consul Relseliensis, mihi ex fide recensuit. Recenserent foras se idiplum germani fratres ejus, si coram adessent, tum Georgius, tum Christophorus, uterque Societatis nostræ sacerdos, & ille hoc ipso tempore Collegii Gedanensis Rector.

## III.

Puer supra grassantis pestilentiae sævitiam, morbo gravissimo afflictus, voto à parentibus ad B. V. Lindenlem nuncupato, sanatus.

Loquitur & hoc ipsum altera insignis Tabella argentea Anno MDCXXVI. oblata, & inscriptum illi Polonicâ linguâ epigramma, quod Latinè hæc reddimus Ioannes Pexin de la Bastil Gallus, S. R. Maiestatis Cæsararius, unâ cum Catharina sua consorte, memores, quo patris filius noster Petrus, tempore pestilentiae, gravissimo fuisse morbo depositus, & à nobis in eo morbo sanctissimæ Virginis MARIÆ apud Lindam oblatæ, citra omnem moram, puri incolumitati fuerit restitutus. Quocirca in perpetuam accepti beneficii memoriam, Tabellam hanc dicemus. Quod ad maiorem sanctissimæ Virginis gloriam & honorem cedat XV. Decembris Anno Domini MDCXXVI.

IV. Vir.

## IV.

Virgo maleficio Dæmonis, omnium usu membro-  
rum privata, per Deiparam Lindensem pristi-  
næ incolumitati restituta.

Patria Virgini erat Lauternhagen, coloniæ Heils-  
bergensis pagus; nomen verò Walpurgis. Incertum  
quibusdam fuit, qua tandem ex causa morbum pror-  
sus incurabilem contraxisset; at ipsi certum omnino  
videbatur, ex maleficio Dæmonis fuisse contractum.  
& ipso temporis intervallo, quod quidem non  
breve fuit, auctum potius quàm quæsitum; ita ut  
*membrorum omnium motu usuque privata*, quemadmo-  
dum Ciarius rem absolvic, *immensos diu dolores tole-*  
*raverit. Nec reperiebatur quisquam, qui aut membris me-*  
*deretur, aut dolorem pelleret. Succurrit illi post omnia, B.*  
*V. MARIA Lindensis. Votum idcirco ad illam concipit; &*  
*continuo omnia membra, ac si nunquam morbo laborassent,*  
*ad consuetam operum munia, apta reddita sunt. Ipsa verò*  
*bene valida satisfecit Anno MD CXXIII. mense April.*

## V.

Puella quadrima, cùm ne quidem maleficæ operâ  
curari à morbo posset, DEIPARÆ Lindensis  
ope curata est.

Tanta est sive vis veritatis, sive DEI imperantis  
potestas, ut ipsi quoque Dæmones, & qui à dæmo-  
num obsequiis sunt, magi, sagæ, alii que id genus te-  
nebrarum ministri, DEO & veritati gloriam dare co-  
gantur. Quanquam enim *beneficia Dæmonis*, ut S. Leo  
ait (a) *omnibus sunt nocentiora vulneribus*; quia ut S. Au-  
gustinus docuit (b) *dum beneficia prestat, magis nocet*;  
inter-

(a) *serm. 19. de Passione.* (b) *lib. 8. civit. 24.*

interdum tamen Deo adigente, è scorpio illo, quæ scorpiacon quoddam habere mortales solent. Si enim Bedæ, Hugoni aliisque (a) credimus; Pythonifilla, vel potius, qui illam possederat, spiritus malignus, adactus est, Pauli & Silæ panægyristen agere, & exclamare: *Isti homines, servi Dei excelsi sunt.* Non igitur mirum videri debet, si malefica, quæ in curando puellæ quadrimæ, qua de agimus, morbo, omne suum robur nequidquam consumpserat, Deo & Deiparæ Lindenfi, ad cuius opem ultro, aut potius coacta ægram remisit, gloriam dare coacta sit. Rem è P. Simonis Hein ( qui à parentibus puellæ acceperat ) commentariolo paucis accipe. Anno MD CXXIX. colonus quidam in pago, à sacra Linda haud longè disto, filiolæ circiter quadrimæ, alia nequidquam remedia adhibuerat: ad veneficam ergo iterum ac terribè recurrit; quæ et jam tertium de pellendo morbo vires omnes & carmina adhibuit: sed semper in cassum; ut palàm fateretur, curari ab se non posse; sed, si parentes curatam vellent, ad B. Virginem Lindensem, quæ curare possit, recurrerent. Agnoverunt parentes, non sine pudore suo, in maleficæ ore, ipsius veritatis, per adactam loquentis maleficam vocem: & voto statim religiosè concepto, relicta domi puellâ in viam seledant. Et jam voto defuncti, jamque domum appropinquantes, filiulam, quam lecto affixam reliquerant, extra lectulum domumque progressam, quin & lanam, & aliis coævis alacriter colludentem repererunt!

CAPUT

(a) apud Cænobium in Act. 16. 17.

C A P U T XXII.

A manifesto mortis periculo, vel gravioribus morbis, Deipara Lindensis ope eruti.

ARGUTE nec minus pie, uti solet, ac verè Græca Ecclesia in Menæis (a) beatissimam Virginem per obitum suum asserit Mundum vivificare; sive per obdormitionem suam omnibus, usque ad ipsos fines terræ vitam largiri. Quòd cum in Templis sibi dicatis plerumque faciat (illa enim sunt Officinæ medicæ agris omnibus expositæ gratis, uti eadem Ecclesia Græca (b) docet) nihil cuiquam sit mirum, si & in Lindæ suæ sacello medicam aperuerit officinam etiam iis, qui cum morte interdum magis, quàm cum morbo luctantur.

I.

Ipsemet historiæ Lindensis scriptor per Deiparam Lindensem, propè ab ipsis portis reductus mortis.

Vix dum finierat historiam B. V. Lindensis, quæ primus illam hoc ævo (superiorum enim seculorum altissimum de scripta historia silentium est) concinnare erat aggressus Michaël Ciaritius, cum unà & vitam, nisi eadem Deipara produxisset, propè finivisset. Anno MDXXXVI. Cal. Mart. finitam ab se historiam magno Regi Sigilmundo dicavit; at XVI. Cal. Febr. ejusdem anni, productam sibi à Deipara vitam, Tabellâ argenteâ, egregio sanè opere effictâ, eidem cum hac inscriptione dedicata his verbis est professus.

Calo-

(a) Apud VVagnereckium num. 456. χαίρει, ἢ τὰ πέρατα τῆ κοιμήσει ζωόασα. (b) Ibidem num. 407. ἰσχυρῶν ἀμίδων τὰς ἀθενῶσιν ὑπάρχει ὁ ναὸς.

*Celorum, Maris, Terræ Regina*

*Cape: fave; promove preces, Reo salutem.*

*Audi JESU, precantem Matrem, & veni salutifer Amen.*

*Sacratissima Virgini MARIE, ad Tiliam SACRAM*

*Matri magna, Matri misericordis Opt. Max. Patronæ*

*Peccator supplex servulus, Michaël Fridericus Ciaritus*

*de VVartemburgo P. L. Presbyter Varmiensis*

*à portis fere mortis sospitatus restitutus*

*ex voto, gratè & humiliter S.*

*Anno 1626. Jan. 17.*

Et erat ille profectò sanitati restitutus, quia ab eo tempore duodecim circiter annos vitam produxit, quæ etsi posterioribus aliquot annis calamitosa & morbida tanquam sentibus fuerit implexa, crediderim has etiam spinas singulari Deiparæ clemenciâ illius clienti oblatas, ut futura in vita, coronam sine omni spina illi redderet.

Cæterum quæ ex causa non modò simili opere perfectam, similiq; fere epigrammate inscriptam, sed & eodem planè tempore oblatam dicârit B. V. nobilissimus vir & totius Varmiaë Judex Ludovicus à Seegat Stanislawsky, mihi quidem necdum liquet. Satis igitur nunc officio defungat, si vel ipsa duntaxat additam operi inscriptionem, ut ex argumenti affinitate de causarum quoque affinitate culvis sit divinandi facultas, in medium produxero. Ad ipsum igitur Tabulæ limbum, circum B. V. effigiem faberrimè ex argento culam, scriptum est.

A mortis periculo morbisq; gravioribus per B. V. Lind. erepti. 339

*Calorum, maris, terra Regina,*

*Cape, fave, preces promove, Reo salutem.*

*Audi Iesu precantem Matrem, & veni salutifer.*

Iam verò à tergo ejusdem tabulæ, affixa nova itidem argentea tabella scriptum habet.

Ludovicus Stanislavsky à Seegut Heros in Molditten, Advocatus Varmiensis, unà cum conjugè sua Sybilla à Schedlin; ad honorem & gloriam Dei ter Opt. Max. Virginisq; Deiparæ Mariæ laudem hanc icunculam fieri, & in locum sacrum Lindam deferri curavit, Anno 1626. die 15. Januarii.

II.

Illust. Castellanus Siradiensis, à gravissimo mortis periculo, B. V. Lindensis ope, ereptus.

Decebat primum historiæ Lindensis, uti memoravimus, conditorem beneficiorum Deiparæ Lindensis non esse exortem; nec minùs decebat, ad eum beneficiorum cumulum admitti eum, qui primus restauratæ Lindæ fuit author Rudnicus Varmiensis Episcopus. Admissus est, & quidem eodem fere, quo Linda restaurata, anno. Eodem enim tempore, cum frater ejus natu major, Castellanus Siradiensis, longè gratissimus advenisset hospes multò deinceps gratior fuit, quando Deiparæ Lindæ ope, ab ipsa prope morte revocatus, restitutus fratri fuit Accipe rei seriem à manu & calamo Ciaritii, oculati, ut ego quidem arbitror, testis. Veneras Heilsbergam, Illust. ac magnificus D. Ioannes Rudni ky Castellanus Siradiensis, ut Reverendissimum ac illustrissimum Episcopum Varmiens. Simonem, fratrem germanum inviseret. Præter spem verò in gravissimum mortis periculum, ex ardente febre incidens. Respuebat vis morbi omnem Medi-

corum

corum opem: ab illisque pro desperato ac deposito habitu, nimiam agebat. Accurrit ad fratrem egrum, vehementi-lore percussus Episcopus, videtque cuncta presidia huma- in conservanda fratris vita, nullius esse momenti. Ad cal- igitur se convertit, fratremque Beatissima Deipara Virgini & lacrymis & precibus diligenter commendans, votum cupat fratris nomine ad sacrum hoc oratorium, si con-lescat, ab ipso persolvendum. Mirum dictu! continuo a morbo fontico levatur, pristinum virium robur recipit; e- dem die votum, quod sui causâ factum fuisse intellexit, exequi statuit. Prohibitus autem à fratre Episcopo, post- duum octuagenarius senex, huc cum Episcopo e contulit, summa, id pietate prestavit. Reliquit devotè in Oratori- genteam laminam, restituta sibi sanitatis, Virginis glori- interventu, testem, Anno 1619. Atque hæc Ciaritius ve- verò argentea, cujus ille meminuit, tabulam rem pan- cis ita signatam præfert.

Illust. & magnificus D. Ioan. Radnicky Castellanus Sira- ensis gravissimo mortu periculo, ex voto Illustrissimi ac Re- rendissimi Principis & Episcopi Varmiensis, fratris suo- mani liberatus, Beatissima Deipara Virgini ad Tillam- Linde, monumentum hoc devotissime posuit, Anno MDCII.

### III.

Adolescentulus nobili genere ortus, ab immen- & periculosissima anastomosi, tum aqua Lin- dam præterlabente tum multò magis caelesti Deiparæ Lindensis o- pe curatus.

Anno circiter MDCXIX. Brunsbergæ literis e- ram dabat, Matthias Raab nobili genere adolesco-

tulus; & necdum fundendo generosè sanguini satis idoneus, immani sanguinis sputatione, præter spem accedente; propè etiam animam fudit. Credi vix potest, quantum è tantillo adolescentuli corpusculo manarit sanguinis profluvium, quod Biennium integrum tenuit; medicis nequidquam, aut potius etiam noxiè amantibus. Prostrata jam omnino erat tum salus, tum spes quoque salutis: cum pia mater, è nobili & pervetusta Biloniorum domo Elisabetha, apud Divæ Virginis Lindenensis domum, filio medicinam invenit. Voto enim nuncupato, filium magis rapit, quàm ducit, simul autem atque votum matris ore prolatum erat, revalescere filius utcunq; capit: simul verò atque Lindam attigit, & aquâ, quæ mediam convallem lambendo præterlabitur, sese perluit, præclarè revaluit, Mater non alienam à promovenda salute aquam illâ rata, hydriâ ejus secum deportat. Neq; vana fuit, etiam in ipsa Lindam præterlabente aquâ, sedes aut fiducia. Idem enim filiolus, ut domi priore sanguinis fluxu penitus repentè caruerit, non tamen caruit succedente, cum tempore periculossima intra fauces anginâ: quam, ut eadem Deiparæ Lindenensis ope abigeret, eandem eluendo gutturi aquam identidem adhibuit; & brevî procedente tempore, ita revaluit, ut ad hanc diem, Dei gratiâ sanus, & Lindæ vicinus nunquam desistat Dei, ac Deiparæ beneficentiam prædicare.

Y 1

IV.

Varii morbis variis levati gratum erga Deiparæ  
Lindensem animum tabellis argenteis  
contestantur.

Si omnes, qui non jam tacitis animorum votis  
ac precibus, sed etiam anathematis è cerâ efficitis  
alijs donariolis gratum erga DEUM, & B. V. Lindensem  
animum contestati sunt, percenseri aut enu-  
sciri possent, immanè quantâ vel voluminum mensura  
vel temporis spatia ad exigendos calculos opus  
esset. Pauculos ex iis, qui argenteis tabellis, vel mi-  
nuta vel accepti beneficii memoriam inscripserunt,  
ne cesse est non præterire: nam alios plurimos, qui  
argenteas quoque tabellas sine ullo vel beneficii  
accepti vel nominis indicio attulerunt, qui  
cognoverit, ne dicam, recensuerit? Anno MDCXXI  
generosus Dominus Ioannes Henchen, Dni Euffachii  
Placidi Canonici Varmiensis germanus frater  
Burggravius Varmditensis, & in Elditen hereditarius  
Dominus egregiam obtulit tabellam cum  
epigraphæ, quam è germanico traductam  
*Ego Ioannes Henchen, unâ cum carissima Thori consuetudine  
na Protmania, effigiem hanc sanctissimæ Dei Genitricis  
Dei gloriam fieri curavimus; quandoquidem gratiam  
suffragium eiusdem Dei Genitricis experti sumus Anno  
MDCXXI. die XX. Aprilis. Quid porro beneficii  
gratiæ singularis experti sint, propinquus con-  
de societate Iesu sacerdos censet fuisse, impetrat  
Deo per Deiparæ suffragium liberos, quos in  
matrimonio nullos longo tempore susceperant.*  
Et fortasse eadem, aut simili de causâ ab ipsis

A mortis periculo morbisq; gravioribus per B. V. Lind. erepti. 342  
ab eorum filiolo Alberto, post exactos quinque ab  
eo tempore annos, altera itidem argentea tabella  
oblata est cum hac inscriptione, Anno MDCXXVI.  
die XXI. Maji Albertus Henr. en.

Anno MDCXXII. Matthias Hoffman, ubi suum  
votum oculorum causâ susceptum explevit, dum  
rei seriem, uti Ciaritius scribit, referret, addidit; uxo-  
rem quoque suam Barbaram, longo capitis dolore prater mo-  
dum afflictam, votum ad eandem B. V. Mariam fecisse: &  
levamentum cepisse; brevi ad futuram, ut voto satisfaciat.

### C A P U T XXII.

Supplicia divinitus accelerata iis, qui Deiparam in restaurata Lindæ  
loco, contumeliâ vel injuriâ affecerunt.

Quod divinus vates Isa. (a) peccatum quasi vinculum  
plaustris trahi, docuit, & S. Cyrill. ad eos transtulit,  
qui, peccatis, quasi vinculis plaustralibus innexi,  
pœnas & supplicia, peccatis ex æquo respondentia,  
quasi plaustra non tam ducunt, quem impetu quo-  
dam in se devolvunt; id ira verum quandoque est,  
ut S. Augustinus in eo, quam de vitâ Christianâ, ad  
sororem perscripsit libro (b) non dubitarit eodem  
illud divinum Oraculum, subito venit ira ejus, eâ in  
causa usurpare, quin, cum id in plerisque impleri  
(quibus ob nimia peccata & in presenti ira Dei supervenit,  
& in futuro servatur) tum verbis tum exemplis adstru-  
xisset, tandem propè exclamando subjicit: Dicat  
mihî quis, si quem sacrilegum, sanguinarium, rapacem,  
falsarium, homicidam, furem, fraudulentum, adulterum,  
cæterorumque criminum reum, vel in presenti potuit videre

R 3

lan-

(a) cap. 5. 18. (b) cap. 2.

longavum? Nos enim plurimorum habemus exempla, qua probare sufficimus, sceleratos & impios, peccatorum suorum sine completo, etiam hoc tempore judicari, & presentem eis vitam negari, non minus quam futuram. Non negat Aug. differri sæpè impiorum supplicia, tum ut longâ Dei patientiâ, humano generi consulatur, tum ne Deus judicetur impatiens, si illico voluerit damnare peccantes; præsertim cū nec justos de peccatoribus haberemus, si confestim Deus vellet punire, qui peccant: tamen, & justitiæ Dei suum relinquere locum, quæ interdum exigat, ut impius vel dum portu solvit, vel dum medium impietatis suæ Oceanum ingressus est, naufragium faciat, & quam exorsus fuerat scelerum telam, sub ipsum abrumpat exordium. Atque inde quoque fit, ut ad illud Lindæ Marianæ Asylum (quo peccatoribus quantumvis impiis, tutissimus est receptus, si redire ad saniora velint) plerisque, qui saniora consilia respiciunt, non raro adsit Nemesis, ut exempla nō minus quam apud Turfellinum de Æde Lauretana (a) quotiesdam docebunt.

## I.

Sub ipsum instaurandæ Lindæ exordium <sup>militibus</sup> cereos è loco sacro auferens, divinitus plexa.

Si ii, qui è sacrosanctâ Æde Lauretanâ aliquid etiam pietatis ergo raptum asservabant, divinitus castigati (qualis fuit tum vir ille nobilis, de quo Turfell. lib. 3. (b) tum Ioan Soar. Episc. Conimbricensis de quo idem (c) tum alii, de quibus lib. 5. (d) qui

(a) lib. 2. cap. 23. & lib. 3. cap. 29. (b) cap. 30. lib. 4. cap. 3. (d) cap. 8. & 15.

maior videantur castigandi jure, qui ex eadem vel alia sacrâ D. Virgini Æde, citra contumeliam non tamen citra contemptum aliquem, ad usus minimè piostollunt? Cùm sacrosanctum hoc (inquit de Lindensi Ciaritius) Sacellum, à Sadorscio instaurari ceptum esset, accidit, ut Michaelis Brodovii, fabri murarii uxor, cereos non paucos è sacro loco raperet, in chartarum lusu exurendos. At diu furto lætata non est. Continuo enim pedes illius tanta debilitatè languore corripuntur, ut consistere omnino non potuerit. Perterrita hoc malo, irreligiosa mulier (viro, ceterisque, qui aderant, causam facti ignorantibus, in stuporem versis) ultro scelus fassa est. Restituit itaque loco sacro surreptos cereos, ceramque àliam decuplo ferè augmento superaddidit; & absq; dilatione ulla, pristinam pedum sanitatem recuperavit; salutaremque terrorem aliis incussit, ut locum sacrum religiosius venerarentur.

II.

Vir nobilis in Deiparam Lindensem contumeliosus, ab arbore firmis nixa radicibus, subito vix non obrutus.

Prius quàm id, quod Ciaritius (a) memorat, hoc loco referam, subit planè mentem id, quod in bucolico divinæ suæ poeseos carmine, sponsi ac sponsæ nomine Salomon canit de Christo & B. Virgine (b) sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias: sicut malus inter ligna silvarum, sic dilectus meus inter filios. Quo pacto Deipara Virgo, ut etjam ad ejus Lindam respiciamus, fuerit & sit liliū inter spinas, præclare ut solet, Abbas Tuitiensis, apud Cornelium ipsum inducens Christum Deiparam alloquentem, ita explicat.

T 4

(a) n. 17. (b) Cant. 12.

plicat. Itaque he spina & filia, blasphemia sunt Iudeorum secta sunt hereticorum. Verum sicut ego spinas pertuli quidem, sed exsuperavi; ita & de te veraciter predicabitur, quod cunctas hereses interemisti. Qua verò ratione Christus sit & fuerit malus inter ligna silvarum, alii alibi docuerunt, apud Lindam verò Marianam, videtur spectabilis malus arbor fuisse, quæ impudens blasphemum os hæretici obtudit. Præteribat, ut inquit Ciaritius, curru vectus Marianum hoc Oratorium, quidam nobilis; & ad illud, non pietatè, sed scelesti more videndi sacra stimulatus, deflexit. Ingressus igitur, non perperit verbis in Deum, Virginemq; Matrem contumeliosus. Ad hæc sancto altari insidens, omne, quod potuit, de honestamentum loco sacro inferre non intermisit. Postquam verò inde se recepisset, & montem proximum conscendere pararet, pomus arbor, ad declivem latius profundioris via sita, firma radicibus, & floribus tum induta, repente prolapsa, & in tempestate inter equas currumq; incidens, illis stitit, parumq; absque quin hominem sacrilegum oppresserit. Ille quidem sceleratorem tam mirandam, magicis incantationibus, imputatim ceterum omnibus constitit, qui aderant non nisi vi divina horem altis fundatam radicibus momento corruisse, misericordiam tamen benignitate Dei, caput contumeliosi hominis obtrivisse; & hoc tam stupendo casu, Beatissima Virginitatem horem fuisse vindicatum.

## III.

Impius verbi Luterani minister, de Deo parâ & Lindam illius Æde ludos sibi faciens, gravissimas impietatis suæ pœnas luit.

Mitius fortasse plexus videri potest is, de quo proximè egimus, nobilis vir, præ quodam Luterano

Pop

Popa, de quo Ciaritius (a) fortasse idcirco, quia minus videri potest facinus illius, qui Ministris ita docentibus didicit, & quod didicerat, magis ipsorum quàm suâ impietate exeruit, certe Popa ille, non modò par nobili viro facinus patravit, sed etiam, pro more munereque suo, de Cathedrâ pestilentiæ illud prædicando docuit, nam ut Chrysologus inquit (b) docens impietatem, pestilentia residet in cathedra. & sermone mellito (qualis utique prædicantium esse solet) virus doctrinæ letalis audientibus effundit. Sed jam Ciaritium audiamus. Alter quidam minister verbi, ad Rhein oppidum inferioris Prussiae, dum iter faceret ad hoc Oratorium, ingressus, in risu ludosque profanos effusus, coronasque cereas capiti imponens, insano motu subsultans choreas duxit. At diu non divina vindicta morata est. Tantus enim illum dolor stuporque opprimit, ut egre ex Oratorio efferrî & agrius domum perferri potuerit. Ita etiam nunc toto corpore affectus perhibetur, ut per se nec rectè ingredi, nec firmiter consistere queat; & in ostentum mortalibus penam suam omnibus membris invalidus circumferat. Remi enim is statim uxorem, cum denariolis quibusdam ad sacrum Oratorium & tegmina crurum fasciasque in loco sacro suspensâ curaverat; ut essent religionis violata. & sua penitudinis signum. Res ab omnibus canatur, & signa quandoque illi etiam, quibus recentius evangelium est amabilius, videre optant. At non supersunt.

Y 5

IV.

(a) num. 8. (b) Serm. 44.

## IV.

Consul Resselienſis ob non ſolutum, quod Deiparæ Lindeniſi nuncupârat, votum purgatorijs ignibus expiatur.

Et jam leviores in Deiparæ cultu noxas, haud impune abire, vel à ſuo quoque obitu docuit Dominus Ioannes Schultz, Perilluſtris & adm. R. D. Laurentii Schultz. Canonici Pultoviſis & præpoſiti Viſnenſis (qui hæc manu quoque ſua prodidit, quæ jam aliàs (a) luculentus nobis adfuit teſtis) qua pietate, qua primis inter ſuos honoribus ſpectabilis parens. Agebat is Conſulem Resselii, cum ſub Anno MDCXIV. exitum in morbum incidit; & ſive pro reſtauranda ſanitate ſive pro felici ex hac mortalitate abitu, candelam ceream Deiparæ Lindeniſi promiſit. Promiſſi memoriam aliqua fortasſe negligentia ademerat agro, ita ut voti reus ad plures hincemigrarit. Vix triduum inde abierat, cum ſuperſtiti uxori Eſtheræ Ditlofranæ per ſomnium ſe offerre ſpectandum, & de præſtando Deiparæ voto admoneretur, illud adjiciens, ſe quidem viam ſalutis feliciter ingreſſum eſſe, progredi tamen nequaquam poſſe niſi voto, quo Deiparæ Lindeniſi obſtrictus eſſet ſolvatur. Dictum, factum Pia enim conjux, voto citra omnem prorsus moram præſtito, etiam quædam quaſi ſcæntis adjecit; quia ſodalitati B. V. Annunciatæ, quæ in collegio Lomzenſi, recens tum ſocietati Ieſu erecto, una aſſurgebat, grandius ex ægrotamento figillum, quo ad hanc uſque diem ſodalitas ſola fruitur, donavit.

(a) lib. 2. cap. 16.